Epistole perutiles inter legendumqꝫ suaues: fratris Johannis Carthusiensis ordinis ad quosdam studentes Pragenses de Hamburg.

Casibus hic quinq.

Epistola prima.

Incipit Epistola prima Carthusien.

Enerabili et amantissimo in Christo patri suo et dño domino Johanni preposito ecclesie Osilien. scientia et prudentia plurimum decorato: sibiq3 sanguinis optata vicinitate coniuncto N. nouicius nouiter factus in ordine Carthusien. pe Pragam. Eterne psperitatis augmentũ et quicquid poterit salubrius adoptari. Dictat ratio et rationis indubitata veritas efficacissime persuadet: vt nemo sup illum lamentũ assumat: sed soluat potius gratiarũ actiones: qui cultui spretis mundi blandicijs dedicat se diuino: vt reddat dño que sunt dei. Et dragmam anime sue quã pdiderat opitulante eodem dño valeat inuenire. Proinde epulari et gaudere vos cõuenit pater et dñe quia filius vester mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est: sicut spero. Gaudere inq3 in dño: inuocatore ppicio. in pmotore magnifico. in perpetuo redemptore. Qui cogitanti mihi de statu miserrimo et conditõne pessima seculi huius nequam: salubre omniq3 acceptõe dignũ ppositum inspirauit: et inspiratũ iam dedit sua gratia ptransire. Vocauit siquidem me dominus inutilem seruum suũ hominem oneratum peccatis: desiderijs humanis infectum. anxium: erumnosum: ad inferni baratrum clausis et tectis oculis precipitanter currentem: de tenebris et vmbra mortis in admirabile lumen suum. Peccans peccaui in dñm: et intendit mihi misericorditer. et dominus miserator eduxit me rebellem de lacu miserie et luto fecis: fedantis cunctos qui ignominiose diligũt vanitates: direxit gressus meos in viã pacis. Et animum meũ in cõsiliorũ salutaribus semitis collocauit. Sane inductus a spiritu dei sancto post multam iniusticiã grãm merui obtinere: quã qui obtinuerit: fructũ capiet glie sempiterne. Nã in festo bti Luce euãgeliste: cingulũ accepi tironis spiritualis. assumpto habitu Carthusien ordinis pe Pragam militaturus dño q̃usq3 aduixero: sicut spero corde et corpe in eodẽ. Certẽt q̃cũq3 spem non hñt p rerũ fugaciũ atq3 fallaciũ vili breuiq3 gloriola. Ego spei q̃ nõ cõfundit innitar date deo

Gaudeat igitur in dño vestra paternitas et consolatõnem
accipiat de cognato qui spretis nugis secli: iugo dñi se sub
iecit. Repellat meror ꝛ meroris signa. gemitus seu lachry-
me abstergãtur. atqꝫ ab ore oĩs vox querula resecet. Sit
qꝫ in corde leticia. In oculis abstinentia. In ore gratiarũ
actio et vox laudis. Si diligitis me gaudebitis vtiqꝫ quia
vado ad patrem. Quis amicoꝝ de amici sui sibi amica co-
gnatõne cõiuncti nõ gaudet ꝓsperitate: iocunditate et for-
tuna? Porro quid iocundius. quid fortunacius. quid vti
lius. quidqꝫ salubrius qꝫ tantã dei misericordiã ab homine
peccatore: oĩ dei miscdia et grã indigno experiri? Ipse me
obruit bñficiis magnis et multis vt et alia innumera tace-
am huius corporis victũ et vsum tpis huius. Et sup oĩa
sanguinem filii sui clamantẽ de terra. Ego aũt ad cumulũ
confusionis mee et miserie reddidi mala pro bonis et odiũ
pro dilectione cunctis bonis dñi abutendo. Ipse prẽm se
exhibuit mihi sed nõ ego me illi vicissim filium. Nempe ca
duca: vana et ꝓpe nulla. et quoꝝ finis mors est. infelix et in-
sanus pferre nõ erubui eterni pr̃is amori et honori. Con-
fundor audire. Si ego pater vbi honor meus? Quam pa
rum pensaui quanti sit formidinis ꝛ horroris suũ atqꝫ oĩm
ꝯtempsisse factorẽ. offendisse dñm maiestatis. q̇ tangit mon
tes et fumigant. Et tam tremendã potestatẽ audet irritare
vilis puluiculus vno leui flatu dispergendus et minime
colligendus Ipse aũt nõ scdm peccata mea fecit mihi: neqꝫ
scdm iniquitates meas retribuit mihi: sed longo tpe cõuersi-
onem meã expectauit. In peccatis tolerauit patiẽter ꝛ spa-
cium penitentie misericorditer donauit multis iã damna-
tis: ex sua districta iusticia denegatũ. O quãtos et quot an
te meã ꝯuersionem exigente iusticia ad inferni baratrũ iam
deiecit. me vero supstitem reliquit: vt mea pctã leuiori pe-
na et satisfactõne emendarẽ. Quis tantã sufficit turbã di-
numerare: quã discrimẽ mortis indisposite iam ꝑdidit? O
qꝫ multi sunt qui tpibꝰ meis pariter mecũ cõmorantes obi
erunt ꝛ sublati sunt de terra. Quanta fratrum ꝛ socioꝝ aut
ceteroꝝ mihi notorũ multitudo in tam paucis annis me

adhuc viuentem precesserunt: qui ad modicum tempus me post se relinquentes dormierūt: qui grām mihi largitā accipe nō meruerunt. Qui si presentes interrogarentur cum fletu et gemitu responderēt et dicerent. O q̄ꝫ felix qui nouissima preuidet: qui sibi a peccatis cauet. qui tam acceptabile tempus: tempus gratie et misericordie: diesq̄ꝫ salutis nō sinit inaniter et sine fructu ꝑterire. Qui mandata dei et beneplacitū nō negligit: qui se omni hora ad horā mortis disponit. O fortunati. O ter quaterq̄ꝫ beati cōtemptores huius mortalis vite: qui obediendo verbis dei que sunt verba vite letantur in via mirabili deduci: que ducit ad atria vite. At contra: infelices qui latam viā incedunt viam scꝫ iniquitatis: extrema cuius ducunt et inducunt in atria leti. Illos ꝑcipue qui cum peius egerint: magis sunt leti. qui postposito dei timore iniquitatē supꝑ iniquitatē apponere nō desistunt. O miserabiles miseri quos miserie huius miserabilis vie et vite seducunt. deducunt bonis dies suos: et in pūcto ad inferna descendūt. O vita plena laqueis: quot in mundo hoīes illaqueas: quot ꝓ te iam sustinent tormenta infernalia? Quam beatus qui tuas cognoscit fallacias et tuas nō curat vanas blandicias: q̄ꝫ beatissimus qui te bene priuatus est. O quantū donum precipuū mundi robur calcare: peccandi occasiones: horrendaq̄ꝫ ꝑicula declinare. Abominari carnis delitias: astuti hostis vitare insidias: et mundi amplexus detestari. O felix quem mundi miseria: ꝓsperitas breuissime durans nō seducit. O felix quē perplexa temporaliū rhetia non inuoluunt. O felix quē fluuius desiderij terrenoꝝ retardare nō preualet quin siccis et liberis pennis ab humore carnaliū volet in solitudinē qua quiescit. Hoc est ad deserta religionis vbi lex dei de celo suscipit: pane vir penitens pascitur angeloꝝ: ꝓmissionis eterne terrā superatis vicijs possessurus. Quam bonū: q̄ꝫ delectabile et iocundum habere in cordis archano cordium creatorem. Iocunditatis auctorem. Inebriari amore diuino. perfundi luce superna: regem in decore suo videre. Cum filijs regni capere arram dulcedinis spiritualis. Et post hec per amoris excessum ruere in brachia saluatoris. Hec sunt talenta multi-

plicium gratiarum: pro quibus acquirendis me sanctorum collegio copulaui. Nō hec inueniuntur in terra viuentium: non in egypti tenebris: nec in vrbibꝰ babylonis: sed in orationis templo: contemplatōis speculo: et in collegio vnitatis: Hoc est in sancta religione. Ubi scd̄m Bern̄. viuit homo purius: quiescit securius: irroratur frequētius: cadit rarius: surgit facilius: incedit cautius: moritur confidentius: purgatur citius: premiatur copiosius. Ad cuius ingressum idem hortatur dicens. Confuge ad vrbem confugij: hoc est ad vitam religiosam. vbi possis de preteritis penitentiā agere et in presenti obtinere gratiā et feliciter prestolari futuram gloriā. Nō te retardet peccatoꝝ ꝯscientia: qꝛ vbi abundauit iniquitas superabundare consueuit et gratia. Non penitentie austeritas terreat te: Non enim condigne sunt passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur: ad presentem gratiam que immittitur: ad futuram gloriam que ꝓmittitur. hec ille. Gaudendū ergo non dolendū: si transito mari mundo post multa naufragia in portum tutissimū me recipi. Uere quidem vere non est hic aliud nisi domus dei et porta celi atqꝫ paradisus. Scd̄m illud Petri blek. epistola. xi. Juxta sententiam cordis mei: si paradisus in hac vita presenti est: in claustro est vel in scholis. quicquid enī extra hec duo est plenum est anxietate: inquietudine: amaritudine: formidine: sollicitudine et dolore. hec ille. Plane extra hec duo videlicet religionem et studium omnes virtutes periclitantur: Nam ſm Bonauenturam. Sicut difficile est arborem iuxta viam positam fructus pulcherrimos vsqꝫ ad maturitatē producere: sic difficile est hominem iuxta seculum viuentem immaculatam iusticiam conseruare. Et hoc propter diuersas occasiones que se offerunt in seculo propter quas etiam si firmiter ꝓponant: tamen a vicijs se non valent continere. vt ait beatus Gregorius. Cui cōcordat Hugo de sancto victore. Usus inquiens seculi hominem ad peccatum etiam inuitum trahit. Quis ergo nisi cecus et fatuus: mundum hunc miserrimum innumeris ꝑiculis expositū: totū in maligno positum nō fugiet? In quo scriptura testante vix iustus saluabitur. Quippe

de Religione

fallax est hic mundus: vita breuis: finis dubius: exitus hor=
ribilis: iudex terribil': pena infinibilis. dulcis est stultis. ama
rus sapientibꝰ: qui eum amant nõ cognoscũt ipm: qui eũ fu=
giunt ipsi eum intelligunt. Ideo dicit Augꝰ. Fuge creaturas
si vis habere creatorẽ. fuge mundũ: si vis esse mundus. Con
uerti enĩ ad deũ nemo pt: nisi ab hoc mundo se auerterit. Et
beatus Greg. Mundus inquit et mulieres nõ melius ꝙ fu=
giendo vincuntur qz cum ceteris motibꝰ quis resistere poterit
hos oportet eum fugere. Unde. Fugã arripe si vis victoriaz
obtinere. Hinc Helymandus in speculo historiali. Uis in=
quit extinguere libidinẽ amoue ligna ab igne et subsidet in=
cendiũ. Que sunt inquit ligna que nõ sunt struenda in ignẽ?
Ista quippe sunt. Uñ versus. Ocia segnicies somnus caro fe
mina vinum. Prosperitas ludus carmina forma puer. Hec
ergo oĩa sunt irritamenta vicioꝝ. hec sunt incitamenta vo=
luptatis: tormenta castitatis: hoc oleo: hac pice: hac stuppa:
his sarmentis incendit fornax babylonis. Uis ergo fugere
voluptatis incendiũ fuge hoc omne genus fomentis. Sed
quo fugies a facie istorum? totum circumspice mundũ. vbi=
ꝙ diabolus hamum peccati aliquo fomite delectationis in=
escat. Fugiendus est ergo mundus vt eius concupiscentie fu
giantur. Alioquin si in mundo remanere volueris nec absci
sis manibus: nec truncatis pedibus: nec effossis oculis: eo ꝙ
scandalisauerint te: scandalo nõ carebis. Igitur quandoqui
dem nec sine membris officialibus possumus viuere: nec il=
lis scandalisantibus bene viuere: necessario querendus est lo
cus non tam corporibus ꝙ moribus salubris: vbi corporeo
rum sensuum non carentes officijs illorum scandalis carea=
mus. Et quis locus ad hoc idoneus nisi claustrum? vbi pax
includitur: honestas clauditur: excluditur voluntas mala: se
cluditur libido. Redi ergo de fornace ferrea ad claustri refri=
gerium vt in loco amenissimo sub dño iesu christo pijssimo
voluptuose transigas presentis huius miserie breuem cala=
mitatem. Sed diceres. Nunquid solum claustrales saluan
tur. Aut omẽs pereunt seculares? Sane neutrum. sed isti so=
lum facile saluantur. Illi vero omnes difficile. Sed cur hoc

nisi quia tucius est ab incendio remotus ab igne: q̄ꝫ proximus igni. hec Helymandus. Item beatus Thomas in tercio quolibeto sic dicit. Maxime vtile est peccatoribus vt ad religionem transeant. Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutem. Primo quidem vt de peccatis preteritis penitentiam agant. Secundo vt de cetero a peccatis abstineant. Ad vtrunqꝫ autem horum maxime operatur religio. Primo enim status religionis est status perfecte penitentie: ita ꝙ nulla satisfactio adequari potest penitentie religiosorum qui etiam se et sua totaliter deo dant. Unde pro nullo peccato imponi potest homini pro penitentia vt religionem intret. tamen in cōmutationem satisfactōnis quantumcunqꝫ grauis consulitur religionis ingressus. vt patet. xxxiij. q. ij. c. Ammonemus. vbi Stephanus papa quendam qui vxorem interfecerat inducit vt ingrediatur monasterium: et humiliatus sub manu abbatis cuncta obseruet que sibi fuerant imperata: alioquin iniungit grauissimam penitentam si eligit in seculo remanere. Similiter etiā ad vitanda peccata plurimum valet religionis status: difficile enim est ꝙ in seculo cōmorantes a rebus mundi non alliciantur. Propter quod Matthei. xix. scđm expositionem Crisostomi dominus hoc dicit esse impossibile ꝙ diues qui habet diuitias scilicet his inheret per amorem: intret in regnum celorum. Sed ꝙ diues qui habet diuitias intret: est valde difficile. Unde et Ecclesiastici. xxxi. dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula. Et huius difficultatem subdit dicēs. Quis est hic et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Vere enim mirabilia facit qui in diuitijs viuens: diuitijs affluentibus cor non apponit. Et si quis talis est absqꝫ dubio probatur perfectus. Unde sequitur. Qui probatus est in illo id est in hoc ꝙ absqꝫ malicia diuicias habeat et perfectus inuentus est. quasi diceret. rarus est. Et hoc erit illi in gloriam eternam. Quod consonat verbis domini dicentis. ꝙ diues difficile intrat in regnum celorum. id est diuitias possidentes. Quia sicut dicit dominus alibi. sollicitudo huius seculi et fallacia diuitiarum suffocant verbum dei: et sine fructu

efficitur. Eos vero qui diuitias inordinate amant etiam si pauperes sint non possidentes eas sed cupientes. scdm Augustinum. Impossibile est intrare in regnum celorum: multo magis quam ad litteram: camelum per foramen acus est transire. Hoc enim est impossibile quia repugnat nature. Illud vero quia repugnat diuine iusticie: que est virtuosior omni natura creata. Et ideo dominus tanquam salubrius et vtilius consuluit diuitias abijciendas tanquam spinas et tribulos que semen dominicum suffocant et hominem impediunt ab ingressu regni celorum. Utilius ergo est et salubrius ad vitam eternam consequendaz diuitias abijcere quam eas possidere. qz possidentes diuitias difficile intrant in regnum celorum: eo quod difficile sit affectum diuitijs possessis non alligari: quod iam facit impossibilitatem intrandi in regnum celorum. Propter quod religiosi omni proprietati abrenunciant per votum paupertatis: sicut et per votum continentie matrimonio perpetuo abrenunciant. et per votum obedientie proprie voluntati: que sunt tria essentialia religionis. vt sic liberius mens eorum tendat in deum: contemplando: amando et eius voluntatem implendo. Manifestum namque est quod humanum cor tanto intensius in aliquod vnum fertur quanto magis a multis reuocatur. Sic igitur tanto perfectius animus hominis ad deum diligendum fertur quanto magis ab affectu temporalium reuocatur et remouetur. Unde Augustinus in libro. lxxxiij. questionum dicit. Uenenum charitatis est cupiditas temporalium rerum. Augmentum vero est huiusmodi cupiditatis diminutio: pfectio vero nulla cupiditas. Omnia igitur predicta vota quibus ad perfectionem tendimus ad hoc pertinent vt animus hominis ab affectu rerum temporalium auertatur propter causam iam pretactam. Per hoc triplex votum homo perfecte deo satisfacit: cum de exterioribus rebus et de proprio corpore et de proprio spiritu offerat holocaustum: nihil sibi propriuz retinens sed omne quod habet: omne quod sapit: omne quod viuit: omnipotenti deo vouet: a quo omnia bona habemus: et ad quem omnia debent reuerti per gratiarum actionem tanquam ad

locum vnde exeunt flumina gratiarũ vt iterum fluant. Pro hoc triplici voto quo religiosus relinquit mundi diuitias carnales delitias et ꝓpriam voluntatẽ iuxta dñi ꝓmissionẽ centuplum accipiet et vitã eternã possidebit. Centuplũ id est bona spũalia grãm diuine consolatõis: que centuplo imo sine cõparatione excedunt oĩa tpalia et superant omnẽ carnalem delectationẽ. Nec ꝓpter hoc carent tpalibus: quinimo ad plenam necessitatẽ oĩa vite huius necessaria ipsis a dño adijciuntur. Iuxta illud qđ ꝓmisit dicens. Primũ querite regnum dei: et omnia hec adijcio vobis. Hoc testatur. Berñ. religiosos alloquens in quodã sermone. Vos inquit ex eoꝝ numero estis qui reliquerũt patrẽ et matrem fratres et sorores vxores filios et ancillas ꝓpter nomen dñi. centuplũ accipietis in hoc seculo: in futuro vitam eternã. Multo ergo melior porcio vestra q̃ȝ patrum vestroꝝ. Duplicia quippe possidetis sicut et typicus Manasses qui partim vltra iordanẽ cum tribu ruben et gad sortem accepit partim infra iordanẽ vbi illi nihil acceperũt. Ita et vos cum filijs huius seculi qui habẽt pecora multa: nec transire nolunt iordanẽ istum. id est. limitẽ temporaliũ ad eterna capescenda. tpalibus quidẽ nõ caretis et tamen in eternitatis regno vitam eternã possidebitis. Hec ille. O q̃ȝ bona cõmutatio pro contemptu rerũ seculi nõ priuari rebus seculi quantũ sufficit ad necessitatẽ: sed etiam sine cura et occupatõe talibꝰ sustentari pꝛsertim in ordine Carthusieñ. quod rarissime vel nunq̃ȝ videmus diuitibꝰ huius mundi ac potentibus esse datum. Sed longe melior cõmutatio ꝑ relictis illis que tpaliter et quasi ad momentũ delectant spiritualibus delitijs sine extrinseca ꝑturbatõe inherere deo in cõtemplatione: in orõne: in sacra lectõne: et alijs pijs meritorijs exercitijs vacare ad acquirenda talenta multipliciũ gratiaꝝ. Ad ꝓbandum non solum quid ꝑcipiat deus. sed quid velit deus: que sit voluntas dei bona et bñplacens et ꝑfecta. Sed adhuc salubrior cõmutatio pro totali abrenunciatõe libertatis ꝓprie volũtatis ꝑ obediẽtie votũ subijciendo se alijs ꝓpter deũ: fieri ꝓprius auctoris omnis creature. Ipsi quodãmodo filis et frater qui venit facere nõ voluntatẽ suam sed eius qui

misit eum pr̄is. qui nō solum deo patri obediuit ꝑ omnia sed etiā paupib9 hoib9 scꝫ Joseph ⁊ Marie subditus fuit: nec solum hoib9 bonis sed etiā malis et ꝑuersis subditus fuit in tolerantia passionis. Et ideo sicut christus maxime meruit per obedientiā exaltari. Juxta illō apl̄i. Christus factus est obediens pr̄i vsqꝫ ad mortē ⁊c. ꝓpter qō exaltauit illū. Sic et religiosi ꝓpter obedientiā qua ꝓpriā voluntatē amore dei derelinquūt maxime merent̄ apud deū et familiaritatis sue grām experiunt̄: et tandē eis dabitur ꝑpetua exaltatio in vita beata. Nimirū quāto aliqͥd magis naturaliter amat̄ tāto ꝑfecti9 cōtemnitur ꝓpter christū ⁊ magis meritorie. Nihil est aūt homini amabilius libertate ꝓprie volūtatis. ꝑ hāc enī hō est et aliorum dn̄s: ꝑ hāc aliȷ̄s vti vel frui pt̄. ꝑ hāc etiā actib9 suis dn̄atur. Igitur deserens ꝓprie volūtatis arbitriū ꝑ qō ipse suiipsius dn̄s est: semetipm̄ abnegare inuenit̄: et seruituti alterius subiugare. Nihil est aūt qō hō naturali affectu magis refugiat excepta morte q̄ꝫ seruitutē. Ideo maxime meret̄ tam in pn̄ti q̄ꝫ in futuro exaltari. In pn̄ti quidē ꝑ ꝯtinuū ascensum et ꝑfectū in virtutib9. Juxta illō ps̄. Ibūt de virtute in virtutem. Et ꝑ abundantē meritoꝝ accumulatōꝫ. nā filiȷ̄s obedientie oīa coopantur in bonū. Ideo dicit Hugo de sctō vict̄. q꞉ ꝑ obedientiā multū virtuti adȷ̄cit̄. Cū sapiēs dicat. Hoc solū virtuti adȷ̄cias q꞉ ꝓprie volūtati detraxeris. Quantū ergo virtuti adȷ̄cit̄ cū ꝓpria volūtas omnino amputat̄. Idem Per obedientiā meritorū abundantia cumulat̄. Obedientia enī ꝑfecta est quasi nauis institoris: qui in naui est etiaꝫ quiescens: cōmedens ⁊ bibens ꝓcedit: mouetur enī motu alieno. Siliter obediēs qui est in religione quiescendo: cōmedendo et bibendo meret̄. In futuro vero exaltabitur obediēs: qn̄ ꝓ triūpho nobilissimo quo seipm̄ vicit et mundū et malignuꝫ: a deo coronabit̄: corona gl̄iosa q̄ tantū erit bonū q꞉ huic silē cor nūq̄ꝫ alic9 ꝯphendit. Nimirū nobilissimū gen9 triūphi est vincere seipm̄ qō facit obediēs. vt ait Hugo. Vn̄ puerb. xvi. Melior ē q̄ dn̄at̄ aīo suo expugnatore vrbiū. Multi vrbes et regna sibi subiugauer̄t q̄ tn̄ ad hūc triūphū nobilē nō ꝑuenerūt. hic triūphus ꝓprius est hoīs. Vincit leo vel aliud

animal cetera animalia: seipsum aũt vincere non potest. Seneca. Qui seipm vincit cõtra omia fortis est. Et pverb. xxi. Uir obediens loquet victorias. Et. i. Regũ. xv. Melior est obedientia q̃ victime. Quia vt ait Greg. Per victimas aliena caro mactat: p obedientiã vero ppria caro mactat. Idem Dum aliene voci hũiliter subdimur: nosmetipos in corde superamus. id est ppriã voluntatẽ: qua hõ et exteriorib rebꝫ priuatur et pprio corpe. Et ideo superata ppria voluntate: fortis erit contra oĩa impugnantia. Superabit enĩ mundum diuitias transitorias et honorẽ offerentem: malignũ illicita suggerentem: pprium appetitum carnalia blandimenta affectantem. An non merito coronabitur qui sic legitime certauerit: mundum abiiciens promittentem. Irridens inimicum temptantem. Et quod gloriosius est de semetipso triumphans et crucifigens concupiscentiam prurientem. Quid amplius? Non sufficiunt verba pro cõmendatõe sancte religionis. Et status monachoꝝ viuentiũ ordinate. Ubi maior est securitas: maior apud deum acceptabilitas: et reconciliationis ad deum maior facilitas. Sicut venerabil' Anselmus in libro de similitudinib declarat. c. lxxvij. Quã similitudinẽ causa breuitatis non adduco. Sicut et alia plura multum religiosis consolatoria ac filiis obedientie hic annotare postpono ne fastidium legenti ingeratur. Hec autem predicta charitatis gratia vestre curaui paternitati intimare. vt de tã salubri status mei piculosi: mutatõe. quã vt spero excelsi dextera operata est: non cõtristemini. sicut hi qui vel spem nõ habent vel peccãtes in spe maledicti sunt: putantes minus peccata displicere. Sed vt cõgratulemini pfectui meo: et exemplo meo: quin potius bonoꝝ religiosorum aut quorũcunq bonorum aliorum hominũ: mundũ istum cum omnib suis fallaciis et blandimentis respuentiũ: puocemini etiam vitã vestram quantocius in melius cõmutare. et salutis vr̃e negocio. festinantius: vigilãtiusq insistere: ne tũc incipere velitis cũ velle nõ possitis: et ne vos pueniat mors inopinata. Qui oportunitatẽ deserit: iusto dei iudicio oportunitas eũ fugit ne tunc possit vere penitere quando mortis periculum sibi viderit

imminere: eo q tempus debitũ seu congruũ dum robur in membris meis viguit: pmisit sine fructu et lucrosa mercatione pterire: Quid stultius: quid incautius: q̃ pponere falsa veris. caduca ppetuis et vacua fructuosis? Quid audacius quid damnosius q̃ pium relinquere dñm: et crudeli subijci inimico: inferna petere: celestia nõ amare. Concesso ad penitentiam nõ vti tpe. tempus vanius in vanitatib9 exercere et non attendere q qualiter sic expensum nõ sine plagis plurimis exigetur? Infelices filij adam omissis veris et salutaribus studijs caduca potius et transitoria querunt: adeo fixe labenti huic mundo inherentes et se ei cõformantes vt a terrenis et corpalibus consolatõnib9 quib9 precipitantur: currunt ad mortẽ: a velli separariq3 nõ possint. Prohibente aplõ. Nolite conformari huic seculo. Conformat se huic seculo qui ea sectatur et amat que mundus diligit id est mundanoꝝ carnaliterq3 viuentiũ ɔgregatio. Sed quid amat mundus? Prorsus itaq3 nihil amat. nihil diligit. cuncta odit. cuncta perimit et occidit. ab egressu ,ppie matris vteri vsq3 in ingressum ventris oĩm matris. Quid habet homo miser a mundo famem. sitim. nuditatẽ. frigus cruciãs. cauma pturbans. scabiem cutis. dolorẽ capitis. Ciragram in manib9. podogrã in pedib9. morbũ in morbũ innectere: vndiq3 miseria intus et extra. foris illũ interficit gladius: et domi mors filijs est. Ad vltimũ morte sua seua cunctos ,psternit et deijcit. Ecce q̃lis est amor mundi: qualis dilectio mũdi. et tñ miseri hoĩes mundi fallaciam nõ attendẽtes: odientẽ diligũt: et seuo eius gladio sponte colla subijciũt. Isti miseri sunt sine cõsilio: sed vtinã saperent et intelligerẽt hec: et que ventura sunt in nouissimis temporibus ,puiderent: pfecto mundũ odirent et non diligerent. Nam qui diligit mundum testante scriptura nõ est charitas patris in eo. Et ideo deũ nõ videbit in sua maiestate fulgentem. Unde dixit dñs. Mundus me non videbit. Sup quo Bern. sermone. ix. de cena dñi. Quis est iste mundus maledictus a quo videri nõ poterit deus? Maledictus inquam maledictus et vltra q̃ dici pt maledictus erit qui dñm christum eternaliter nõ videbit.. Mundus eni nõ videbit: id est

amator mundi. Nemo se seducat: quicunq; diligit mundũ
mihi credite non diligit deum. et si deum non diligit eum
vnde videbit. Qui non diligit cecus est: videre deum non po
test qui nõ habet cor mundũ. cor mite: cor mansuetũ: cor cha
ritatis dulcedine plenum. oculorũ lumen amisit: nec ipm ve-
ri luminis auctorem videbit. Si igitur deum videre deside-
ras: cor tuũ ab omni lepra peccati mundificare nõ negligas.
Memento veritatis ore fuisse prolatũ. Beati mundo corde:
qm ipsi deũ videbunt. Sed mundus nõ videt eum: qr non
habet cor mundũ. Ve illi ab immundicia cordis eius: qua
impediente nec hic videbunt saltem p speculũ et in enigmate
deũ: nec videbũt in fine facie ad faciẽ. Quãta igit sollicitudi-
ne: quãto studio danda est opa vt mundetur oculus q̃ viden
dus est de⁹. Huic aũt mũdicie quinimo oĩs scitatis studio
pre ceteris insistere ac inuigilare ↄtinue debẽt clerici: diuino
cultui mancipati. maxime sacerdotes et plati cũctis ecclesie fi
lijs positi in exemplum. sacramenta vite diuinaq; mysteria
tractãtes atq; dispensantes vt corã deo et hoibus intus ⁊ fo
ris sint immaculati: necnon et niteant omni puritate. Intus
sanctis cogitatõnibꝫ: mundis affectõnibꝫ: vtili et salubri sol-
licitudine. ne mens vel vanis vel lasciuis cogitationibꝫ: aut
immundis desiderijs pateat. Nũc quidẽ de deo cogitet ⁊ san
ctis angelis eius: atq; immarcessibili gloria eterne beatitudi-
nis. Nunc vero de beneficijs nostre redemptõnis: et de mo-
do ipso et alijs: nobis cũ alijs et singulariter exhibitis. Nũc
autem de versucijs diaboli: de peccatis suis: et pnitate pec-
candi atq; occasionibꝫ vitandis. De hora mortis: de pena in
ferni: de die tremendi iudicij. Nunc quoq; de pfunditate di
uinarum scripturarũ: et quõ diuina verba vertat in opera. de
natura virtutũ et bonorũ compositõne morũ. Quam glorio-
sum tale mentis exercitiũ. Foris vero abstineãt a leuitate: lu
do: risu et ioco: que eneruãt virilem grauitatẽ. vt morũ graui-
tas et honesta cõpositio semp appareat in eis. ab omni specie
mala aliena: qui vtiq; in domo dei ad cultũ diuini honoris
et ad exemplũ oĩm fideliũ sup oẽm ornatũ tanq; vasa aurea
debent refulgere. Dicitur nanq; in decretis. viij. q. i. Qualis.
in Rubrica. Ex pro gradu sui officij quenq; meliorẽ esse opor

teat. Et idem in illo. Quod clerici cuiuscunqȝ sint ordinis in exemplum debent esse laicis et magnopere preuidere vt cunctum ꝑplm cui president conuersatōe in sermone et disciplina preeant: quia vehementer ecclesiā dei destruit hoc scȝ meliores esse laicos q̄ȝ clericos. Nec sufficere eis ad salutē arbitrentur: si ꝑplo moribꝰ et vita adequātur quibꝰ sacris litteris vnica est credendi p̄iter et viuendi regula ꝑscripta. vt ait Beda sup Mattheū. Et beatus Clemēs papa ꝓhibet btm̄ Petrum apl̄m ꝑcepisse cunctoꝝ sacerdotū vitam: supiorem sanctioremqȝ ac discretam a secularibꝰ et a laicis hoibus debere esse. Qualis aūt debeat esse clericoꝝ cōuersatio scribit Isidorus. Et habetur in Canone. xxiij. distinct. his igit̄. Lege patrum cauetur vt a vulgari vita seclusi: a mundi voluptatibus se abstineāt. nō spectaculis: nō pompis intersint. Conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica sed etiam sobria colant. Usuris nequaq̄ȝ incumbant: neqȝ turpium occupationibus lucrorum. Non fraudibus cuiuscunqȝ studium appetant. Amorem pecunie quasi materiam cunctorum criminū fugiant. Secularia officia negociaqȝ obmittant: honoris gradū per ambitionē non suscipiant. ꝓ beneficijs medicine dei munera nō accipiant. dolos et cōiurationes caueant. odium: emulationē: obtrectationē: atqȝ inuidiā fugiant. Non vagi oculis: nō effreni lingua aut petulantia: fluidoqȝ gressu incedāt. Sed pudorem atqȝ verecundiā mentis simplici habitu incessuqȝ ostendant. obscenitates etiā membrorum et verboꝝ sicut et operum penitus execrentur. Uiduarum et virginum frequentationē fugiant. Contuberniū extranearum feminaꝝ nullatenus appetant. Castimoniā quoqȝ inuiolati corporis ꝑpetuo conseruare studeant: seniorībꝰ quoqȝ debitam prebeant obedientiam. Neqȝ vllius iactantie studio semetipsos attollant. Postremo doctrine: lectionibꝰ psalmis: hymnis: canticis exercitio iugiter incumbant. Tales enim esse debent qui diuinis cultibus sese mancipando student scilicet vt dum scientie operam dant: doctrine gratiā populis administrent. Hec Isidorus. Sic igitur debent viuere clerici: maxime sacerdotes: canonici et p̄lati vt a nemine iuste valeant reprehendi. Ualde enī incongruum est vt ipsi

reprehensibiliter viuant quorum ordo exigit siue status vt ceteris formam sanctitatis ostendant. Ut dicit Hugo de sancto victore. Nam ad eos proprie hec vox pertinet qua dicitur. Estote sancti sicut et ego sanctus sum: dicit dominus. Uere sancti esse debemus qui nomen et statum suscepimus sanctitatis: qui diuino cultui sumus mancipati. Sacris quoque altaribus christi consecrati et diuinis ministerijs ordinati. Ergo sic nos existimet homo vt ministros christi: et dispensatores mysteriorum dei. Non precepit apostolus tantum vt sic simus: sed sic nos existimet homo. Non enim sufficit nobis vita sancta: nisi sit et fama bona. Nam vita iusta nobis est necessaria propter nos: fama bona propter alios. Unde rursus ait apostolus. Oportet ab his que foris sunt bonum habere testimonium. Sic ergo debemus viuere vt vita concordet cum nomine: et promissio siue professio teneatur in opere. vt si sanctus sit clericalis status sancta sit conuersatio. Et si viuimus de annona christi: laboremus vt iustum est in seruitio christi. quia tunc digne mercedem accipimus: si prius boni operarij fuerimus. Dignus est enim sicut ait dominus: operarius mercede sua. Qui autem non vult operari: nec manducet. ait apostolus. Ex si non laboramus et manducamus tanto maioris criminis efficimur rei: quanto dei beneficia sumimus indigni. Hec ex dictis Hugonis. Quantum malum esse putamus et quanta pena dignum: de altari velle viuere et altari non deseruire. deglutire substantias hominum et labores: et illorum metere temporalia et eis minime spiritualia seminare. Propugnant nos nobiles et milites vt non multum inuadamur: laborant rustici ne fame moriamur: operantur artifices: nent mulieres: adducunt necessaria mercatores vt quasi in omnibus abundemus. Sed quid queso boni illis a nobis rependitur. quid mali pro nostram diligentiam impenditur. Multos cernimus defectus in spiritualibus: sed non est qui subleuet. Quis non videat quanta committantur peccata in populo: videlicet fornicationes: adulteria: stupra: abominabilis sodoma: vsura: mendacia: fraudes: periuria: rapine seu furta: oppressiones pauperum: comessationes: crapule: ebrietates: pompe vestium: et immundissime et abominabiles voluptates. et cetera innumera mala: quibus talia perpetrantes in animabus occiduntur et damnantur. et quis contra

hec vigilat: quis saltem clamat? Dormitauerũt prochdolor
omẽs et dormierũt qui custodire deberẽt tanq̃ vigiles ciui-
tatem scz sacerdotes: maxime prelati et curati nõ curant ꝑdi
tionem aĩaꝝ dũmodo ipsi lautam et voluptuosam vitã va-
lent ducere in quiete. Et qd̃ peius et damnabilius est ipsi ꝑ
se talia ꝑpetrant: qui deberent aliis medelã cõtra illa adhibe
re. Quis scelerũ eoꝝ enormitatẽ et multitudinẽ sufficit enar-
rare? Quantos videmus qui nullã curã gerunt quibꝫ dolis
aut fraudibꝫ: prece vel muneribus: mendaciis vel detractio-
nibus: violentiis aut iniuriis bñficia conquirãt aut rapiant
dũmodo possessionẽ valeant obtinere? Nõ vt deo inde serui
ant: quin potius oppositum faciunt et recalcitrant: de bonis
dñi ditati impinguati et dilatati. Neq̃ vt suam ac ꝓximoꝝ
ꝑiter operentur salutẽ: orationis studio dediti et verbo p̃dica-
tionis sed vt quietã vitã in deliciis ducant hoĩbus placeant:
supꝑbeant et huic seculo se cõforment: ꝓximos quoq̃ multi-
pliciter ledunt quos bñficiis suis spoliant dum illis p̄esse nõ
ꝓdesse volunt quoꝝ sanguinẽ de manibꝫ eoꝝ requirere dñs
pollicetur. Ezechiel. iii. De quibꝫ dicit btũs Berñ. Si quis
ea intentõne eoq̃ intuitu gradus ecclesiasticos et ministeria
sanctuarii querit: imo queritur. Queri nempe q̃ querere ipse
debuerat: vt huic vite habeat necessaria: euangelisat vt man
ducet: et ꝑuerso nimis ordĩe celestibꝫ mercat̃ terrena. Quam
certe dignius ampliusq̃ ꝯsentaneũ ratõni vt ꝓ carnali victu
carnalia magis opa et negocia exerceret. nec fieret inuersor
rerum aut honoraret ministeriũ spũale: sed modico est natu-
ra contenta. Et post pauca subdit. Uniuersos siquidẽ in or
dinibꝫ ecclesiasticis ceterisq̃ ad sanctuariũ ꝑtinentibꝫ hono-
rem querentes ꝓpriũ; aut diuitias seu corꝑis voluptatẽ: postre
mo que sua sunt nõ que iesu christi. manifeste prorsus et indu
bitanter: non ea que deus est charitas sed aliena a deo et oĩm
maloꝝ radix cupiditas introducit. Quid istud temeritatis:
imo quid vesanie est: vbi timor dei: vbi mortis memoria: vbi
gehenne metus: et terribilis illa expectatio iudicii? Spon-
sa nec cubiculum nec cellaria ingredi nisi rege introducente
p̃sumit: tu irreuerenter irruis: nec vocatus nec introductus.

Trahe me post te ait illa in odore vnguentoꝝ tuorum curre-mus. Nūc aūt trahit sua quenqꝫ voluptas. Et odorē turpis lucri sectantes questum estimant pietatem: quoꝝ damnatio iusta est. Hec ille. Sub silentio tego tanqꝫ notissimum quomodo in clericis regnet auaricia. imperet ambitio. sup̄bia dominetur: iniquitas sedeat: luxuria principetur. In quib⁹ forte et pessima appareat intra parietes abominatio. Si iuxta Ezechielis ꝓphetiā. parietē fodiamus vt in domo dei videamus facin⁹ horrendū. Siquidē post fornicatōes: post adulteria. post incestus: ne ipse quidē apud aliq̄s ignominie passiones: et turpitudinis opa desunt. De q̄b⁹ dicit apl's ad Ro. i. Propterea tradidit illos deus in reprobū sensum in passiones ignominie. Nec mirū q2 cū pre ceteris cognoscūt deum: glorificant aut gr̄as agunt. Utinā vt ait Bern̄. nō fieret: que vsqꝫ adeo nō ꝯueniūt. vtinā nec nos dicere oporteret. vtinam nec dicentib⁹ crederet̄. ꝙ humanū aliqn̄ occupauerit animū tam abominanda cupido. Heu genus: genus electū regale sacerdotiū: gens sancta: ꝑl's acquisitōnis: quis inter tua illa primordia tam diuina ꝛ spiritalib⁹ affluentē carismatib⁹ chr̄istiane religionis ortū credere posset: posse talia in te iure aliqn̄ expiri. Ingrediunt̄ cū hac macula tabernaculū dei viuentis inhabitāt cū hac macula templū dn̄i sanctū polluentes iudicium multiplex accepturi ꝙ tam grauissimas ꝯscientias gerunt et nihilominus sese ingerūt in sanctuariū dei. Tales enī nō modo nō placant deū sed magis irritant. Irritant plane et infestū reddunt sibi. vereor ne et his quib⁹ eum ꝓpiciare debuerāt. vtinā qui cōtinere nō valeant pfectionē temerarie ꝓfiteri: aut celebatui dare noīa vereant̄. Esset siquidem sine dubio melius nubere q̄ꝫ vri: et saluari in humili gradu fidelis populi q̄ꝫ in cleri sublimitate. et deterius viuere et districtius iudicari. Multi enī libertatē in qua vocati sunt in occasionē carnis dedisse videntur. Abstinentes remedio nuptiali et in omne deinceps flagiciuꝫ effluentes. Hec ille. Idem in libro de morib⁹ adolescentū loquitur de eis qui pleni sordib⁹ audacter se ingerunt tantis mysterijs. O ceca temeritas: et o mira dei patiētia. nūq̄d enī tantū peccauerīt vel q̄s ignis ꝯsumpsit

vel quos terra absorbuit. Nunquid tale scelus filiorum aaron alienū ignē offerentiū. q̄le est istorum qui tā terribilia sacramēta sumūt sibi ad mortē. Etenī sicut vidēdū est vt panē illū consubstantialē semp accipe valeamus. qz ve ei qui se fecerit alienum ab eo. et multū illi ve. qui et immundus et spurcitijs plenus accesserit vtrobiqz grande piculū. Ideo magna necessitas instat ne indigni inueniamur. hec ille. Alia multa scribit btūs Bern. plurimū infectiua de abominatōe clericorum de nimia eorum insolentia. de impudētia. et quō a singulis generibꝫ qđ delectat vsurpāt: et qđ molestum est fugiūt et declināt. Et quō nullius ordinis sunt: qz habitu se milites: questu clericos actu neutrū exhibēt. Nā neqz pugnāt vt milites: neqz vt clerici euāgelisant. Silr̄ quō male deseruiūt q̄ de ecclesijs habent. Et quō male expendūt ꝛ dilapidāt redditus ecclesie patrimoniū crucifixi. de quibꝫ nisi victū et vestitū accipe debēt et quicquid vltra est ptinet paupibꝫ. Item de eorum ambitōne infinita et quō pūerso ordine querūt ecclesiastica bñficia. Et de eorū nimio piculo et districto iudicio qđ eis imminet que oīa et alia plura causa breuitatis ptranseo. Sed nec ista eis sufficiūt quin et veteribꝫ sceleribꝫ noua adijciant. Jam enim vt cōperi in quibusdā diocesibꝫ clerici et sacerdotes etiā si dicere audeā et plati nō solū ad instar porcorum in sceno libidinū et quarumlibet immundissimarum et abominabiliū voluptatū versantur: sed etiā student et vacant calicibꝫ epotandis: crapule et ebrietati deseruientes quibꝫ adeo infatuantur et excecantur vt nec recordentur creatoris et mandatorum eius ad faciendum ea: nec cōsiderent opera manuū eius et terribiliū iudiciorum eius: sed et alios ad idem inuitant et puocant: quibꝫ ipsi occasio sunt mortaliter peccandi. Et ideo penarum eorū infernalium ipsi erunt participes suis quoqz proprijs adiectis. Quia eos quos quosqz habet socios in culpa socios habebit in pena ad cumulū et augmentū infernalium tormentorum. De hmōi loquitur Hieronymus. Infelicissimi inquit sunt qui ebrietate et gula et diuersis voluptatibus occupati non intelligunt in se opera dñi. nec considerāt opa manuum eius ꝛ cur creati sunt. Idem sup Esaiam libro. ij. Qui

delitijs occupati sunt ex creaturis nō intelligunt creatorē nec
considerant opa manuū eius. Et paulo post. Qui seculi de-
litijs occupati nō respiciūt opa dei captiui ducuntur in pec-
catum: qꝛ non habent scientiā dei: idcirco fame ꝛ siti pereunt
bonoꝝ operū atqꝫ virtutū et detrahenť in gehennam. Idem
delitijs et crapule deditos arguit. sup Amos li. iij. circa prin
cipium. Uos inquit de pplo israel qui sepati estis in diē ma-
lum: quid cum hec passuri sitis: nunc dormitis in lectis ebur
neis: et lasciuitis in lectis mollib' vt somno libidinē nutrias-
tis. Qui cōmeditis nō ad repellendā famem et ad sustentan-
dum corpus humanū: sed ad delitias atqꝫ luxuriā: vt quic-
quid in gregib' tenerū et pingue est vestre gule paretis. Qui
bus nō sufficit libido splenis et gutturis et estuans cibus ac
aliculus nisi tibiarum et psalterij et lire canticis aures vr̄as
mulceatis. Ut qđ Dauid fecit in cultū dei: leuitarū ordines
et organoꝝ repiens varietates vos ad voluptatē et luxuriaꝫ
cōferatis. Et bibitis in phialis vinū: nō ad satiandā sitim sed
ad opprimendū aīm. et vngemini nō ad liuores corpis miti-
gandos oleo purissimo: sed vnguentis p̄ciosissimis. Cunqꝫ
his delitijs affluatis si quos videritis pire de pplo nulla mi-
sericordia sup eoꝝ interfectōne flectemini: sed cōtemnitis q̄si
bruta aīalia: et in suo bestias cruore peuntes. Hunc eundem
in Ezechiele pꝑheta sub pastoꝝ ponit exemplo. Qui cōme-
dunt lac de ouib' et vestiunť lanis: et quicquid primū est de-
uorant et vulnerata nō sanant. cōfracta nō solidant: peuntia
nō requirunt. Et ideo vt idem ait Omelia. xvi. Ipsi pereun
ti pplo auctores mortis sunt cuius esse debuerāt ad vitā. Ex
coꝝ eni peccato populi turba pstrata est: qꝛ fauente coꝝ ne-
gligentia: ad vitā erudita nō est. Hinc ait Greg. Omelia eu-
angelioꝝ. xvij. Nullū maius p̄iudicium q̄ꝫ quod a malis sa
cerdotibus tolerat iesus. qn̄ eos quos ad alioꝝ correctionem
ponit: dare de se exempla prauitatis cernit. Qn̄ ipsi peccant
qui peccata cōpescere debent. Plerunqꝫ si quos humiliter: si
quos cōtinenter viuere ꝯspiciūt irrident. Utinā cōuersos ali
quando nō puerterēt aut occiderēt spiritali morte. Quō nō
occident cum nō solum non succurrūt peccantib' vt eruant:

stantibus vt affirment doctrina et consilio: populum rudem
dirigendo vt sciant quid cauere: q̄d tenere: quid credere. Cui
se cõmittere vel cui debeat adherere. Dum qui sciunt nolunt
et qui scire tenentur nesciũt verbũ dñi indigentib⁹ medicinã
infirmis ministrare. Erubescunt enĩ et dedignantur vel saltẽ
attediantur sacerdotes p̄sertim si sunt diuites et magni p̄lati
et viri scientes p̄dicare et cõfessiones audire: aut cum simpli
cium indigentijs occupari. Sed insup̄ qđ peius est cõmessa-
tõib⁹ et ebrietatib⁹ cubilib⁹ et impudicijs intẽti seipsos publi
ce ꝯfundũt et p̄plm scandalisant sua pessima vita ꝛ claues ec-
clesie et sacramenta ꝓpter hoc faciunt vilipendi vel cõtemni.
Hoc in Canone dicit̄. lxxxvi. di. c. i. Inferiorũ ordinũ culpe
ad nullos magis referende sunt q̄ȝ ad desides negligẽtesq̄ȝ
rectores qui multã sepe nutriunt pestilentiã dum austeriorē
dissimulãt adhibere medicinã. Et q̄d grauius est et sine du-
bio nimis horrendũ cũctis rectorib⁹ p̄latis et curatis nõ solũ
rei sunt in illis qui negliguntur sed in illis qui saluant̄: q̄n so
lum p̄ eos nõ diriguntur: nec verbis et exemplis instruuntur
Vñ Aug⁹. in li. de pastorib⁹. Attendit inquit ouis fortis. pre
positum suũ male viuentẽ si declinet oculos a regulis dñi et
intẽdat in hoiem: et incipit dicere in corde suo. Si p̄posit⁹ me
us sic viuit ego quis sum qui nõ faciã qđ ille facit. Si ergo
occidit ouem imitantẽ: quid de illo quem nõ mortificauerit.
Dico charitati vestre. Et si viuunt oues et fortes sunt in ver-
bo dñi. Is tñ qui in cõspectu p̄pli male viuit quantũ in eo est
eum a quo attenditur occidit. Nõ ergo sibi blandiatur quia
ille mortuus nõ est: sed ipse homicida est. Omĩs enĩ qui ma-
le viuit in cõspectu eoꝝ quib⁹ p̄positus est: quantum in se est
occidit. Qui ergo imitatur malũ p̄positũ moritur: qui nõ imi
tatur viuit: tñ quantũ ad illũ ꝑtinet ambos occidit. Et silr̄ di
cit Eusolanus. tractãs illud Exod. xxiiij. Applica ad te Aa
ron. Si quis inquit subditoꝝ est qui ex ꝓpria cura caueat si-
bi ne cadat: nõ tñ suo minus imputatur pastori male viuenti
est enĩ in ipso vt ouis cadat. Audacter dico: quot ꝓuidere de
bet animab⁹ tot aiaꝝ homicida est. Ecce quantum rectorũ et
prelatorum periculum: qui sic vigilare circa se et alios sicq̄ȝ

laborare pro aliis tenentur: q̄ nō solum suum sed etiam peccatum illius de manu sua requiretur. Ideo Salomon tantum periculum intuens quemlibet curatum Prouerb. vi. sic hortatur. Fili mi si spoponderis pro amico tuo: defixisti apud extraneum manum tuam ꝛc̄. Et sequitur. Discurre: festina: suscita amicum tuum. Et discurrere debet curatus nunc ad deum deuote orando: nunc ad illum diligentius exhortando festinet: cōmodum suum illius saluti nullatenus preponendo: suscitet amicum vt si ex infirmitate peccatum incidat in eo tamen iacere et quiescere non permittat. Sed quia somnolentus minus bene suscitat congrue subinfertur. Non des somnum oculis nec dormitent palpebre. Ubi glosa. Somnū dat oculis qui subditorum curam omnino negligit. Dormitat autem qui reprehensibilia eorum gesta cognoscit. sed propter mentis tedium digna correctione non corrigit. Heu q̄3 graui somno deprimuntur: vt nec circa se nec circa alios sibi cōmissos vigilent: sed dediti somno carnalis ꝛ mundialis implicationis somno tristicie et torpentis ocij: somno malitie et sopientis vicij, ꝓpriam et alioꝝ negligunt salutem. Negligentia vt ait quedā glosa scʒ Holcoth sup librū Sapient. primordialis causa fuit omnis pene: tam in homīe q̄3 in angelo eo q̄ neglexerunt vti gratijs sibi datis propter quod ꝑmissi sunt cadere in errorem ꝓpter peccatū negligentie et de errore negligentie in peccata superbie et inobedientie. Et ideo tangendo radicem culpe peccatoꝝ dicit sapiens. Qui neglexerunt iustum id est iusticiam. Justum enī fuit et est q̄ om̄is rationalis creatura ꝓ gratias a deo acceptas sollicite et diligenter deū honoret qui est earundē gratiaꝝ largitor. Michee. vi Indicabo tibi homo quid sit bonū et quid dn̄s requirat a te vtiq̄3 facere iudiciū et diligere misc̄diaʒ et sollicite ambulare cū deo tuo ꝛc̄. Et ibidē ponit ordinē cadendi in hoīe incipiens a negligentia. De qua etiā dicit Boeti⁹. Sicut inquit in vnoquoq̄3 ope bono mater est diligētia: ita vniuersi boni nouerca est negligētia. Nequaq̄3 enī diabolus zizaniā suā tam copiose seminasset: nunq̄3 sic ex semine suo mala multiplicata essent nisi hoīes in sopore negligētie dormiuissent. Dicente

saluatore. Matthei. xiij. Cum dormirent homines id est in=
ertia torperent. scdm glosam. Illi qui ad tutelam ad custodiã
hoim sunt deputati. venit inimicus et supseminauit zizaniam
in medio tritici zc. Quis enim est locus aut status in quo nõ
euidenter appareat zizania viciorum que iam adeo inualue=
runt vt eradicari non possint. Cuius vtiqꝫ mali taliter vbiqꝫ
inundãtis principaliter z originaliter clerici sunt causa. Que
enim est subuersio maxima populorum: Nonne negligentia
dissimulatio et detestabilis vita clericorum maxime sacerdo
tum et prelatorum qui sua pessima vita simplices scandali=
sando materiam excusationis et audacter peccandi admini=
strant. Contra qs terribiliter intonat veritas Matthei. xviij
Ve inquit homini illi per quem scandalum venit. Actiue sci
licet proximum scandalisando dicto vel facto suo malo faci=
ens aliquem ruere in peccatum mortale. Et hoc est recte con
tra charitatez proximi: quia infert ei ex parte anime maximũ
nocumentuz. Et huic quid minetur dominus audimus. Ne
mini blanditur veritas: neminem palpat: neminem seducat:
aperte denuncians: quoniam ve homini illi per quem scan=
dalum venit: bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. na
tus sane denuo: natus ad vitã: natus de spũ. qui nimirũ car=
ne postmodũ ꝯsumatur. Expedit ei qui scandala suscitat: qui
alios corrumpit in sancta ecclesia in congregatõne fideliũ vt
suspendatur in collo eius mola asinaria. et pro suaui iugo et
leui onere saluatoris graui mole terrene cupiditatis humeris
eius imposita demergatur in profundum maris huius ma=
gni et spaciosi manibus quod est sine dubio seculũ nequam.
Minus enim damnabile erat ei in seculari magis perire sta
tu qꝫ in clericali. Perire siquidem necesse est hominẽ qui cha
ritatem non habet etiam si tradiderit corpus suum vt ardeat.
Et dicit beatus Hieronymus. qꝛ vbi christus dixit ve in eu=
angelio designat eternam damnationẽ. Istis aũt ecclesiã cor
rumpentibꝯ nõ modo ve in futuro sed etiã in pñti. Quia deo
angelis et hoibus sunt abominabiles. et omni dei miscdia et
gr̃a indigni: adeo vt nec ecclesiam digni sunt intrare. Unde
dñs cuidam deuote sibi persone nouiter defuncte multotiẽs

est conquestus de sacerdotibꝰ moderni tꝑis eoꝝ varia pecca ta ei ostendēs qui pre laicis deberent sanctius viuere et se di= ligentius a peccatoꝝ maculis ꝑseruare. Ideo eorū peccata et specialiter luxurie et crapule sunt grauiora. Unde aliquo tiens apparuerūt ei in visione sacerdotes multi a luxuria in= quinati: alijsqꝫ peccatis aggrauati q valde anxiatus fuit spi ritus eius et tremuit ne propter eos periret totus mundus. Dixitqꝫ ei dominus. Tu luxurioso sacerdote nō deberes sur gere nec ipse est dignus ecclesiā intrare: imo nec aquā bn̄di= ctam aspergere sup plattam suam quia inquinauit eam ꝑ lu xuriam. Et nisi debitam egerint penitentiā nō debent bapti sare nec corpus meū suis manibꝰ peccatricibꝰ consecrare aut tractare: nec aliquod sacerdotale officiū exercere. Et si peni= tere noluerint districte ꝓhibeantur a predictis. et tandem eo= rum ꝑseuerantia in malo exigente priuentur beneficijs eccle siasticis. Nimis enī sunt delicati ⁊ bonis ecclesie impingua ti. Porro nisi episcopus tales in diocesi sua a malo retraxerit quantū in ipso est: particeps eoꝝ criminū erit. Debent enim fortiter reprehendi et a cōcubinis ꝓhiberi. Et si mulieribus ꝓpter suam incōtinentiam carere noluerint: dimittantur tan q̄ꝫ putrida membra ab ecclesia precisa cū meretricibꝰ publi= cis que vna cum eis manus inferno dederunt. Ue illis qui sic alienantur tanq̄ꝫ membra putrida a capite Christo ⁊ cor pore eius quod est ecclesia ꝓpter multimodam enormitatē et frequentē iterationē peccatoꝝ quibꝰ indigni redduntur di= uina miscdia intantum q raro quispiam eoꝝ conuertatur et agat penitentiā de peccatis ꝑ consuetudinē sibi quasi de na= turali facto. De quibꝰ dicitur Hieremie. xiij. Si mutare po= test ethiops pellē suā aut pardus varietatē suā et vos poteri= tis benefacere cum didiceritis malū. Ubi ꝓpheta innuit q habituati in peccando non pn̄t mutare habitū malū magis q̄ꝫ ethiops nigredinē suam. Hoc tn̄ dicitur nō q sit impossi bile sed q vix hoc pt fieri: vel qꝛ raro fit talis habitus plena amotio. Ratio est. quia diuturna cōsuetudo transit quasi in vim nature. Propter qđ dicit̄ Sapient. xij. Nō poterat mu tari cogitatio eoꝝ in ꝑpetuū q̄m iniqua est natio eoꝝ et natu

ralis malitia eoꝝ. Et hoc naturalitate indurate ꝯsuetudinis nec solū ꝓpter ꝯsuetudinē sed etiā ꝓpter ingratitudinē et execrabilē vitā ita a deo sepantur vt nec eius expauescāt maiestatem: nec charitatē amplectanꝛ. Et si labijs cū honorāt coꝛ tn̄ eoꝝ longe ab eo vt possit dicere ad quēlibet taliū improperanter. Nō me colis sed deus tuus venter est et gloria in ꝯfusione tibi. Quia vanitati seculi ꝛ voluptati coꝛpis cogitatōes tue et desideria tua seruiūt vt nō possis gustare qm̄ suauis est dn̄s. Et quis surda aure ꝑtereat: aīo quis nō medullitus cōtremiscat. Quod de talibꝫ spurcissimis Paulus apl's velut tuba vehemēs intonuit dicēs. Tradidit illos deus in desideria coꝛdis eoꝝ in immundiciā vt cōtumelijs afficiant coꝛpa sua. Et paulo post. Propterea tradidit illos deus in passionē ignominie ꝛc̄. Que verba tractās Pe. da. dicēs. ꝙ in reprobū sensum traduntꝛ ꝛ cecitate ꝑcutiunꝛ hoīes immūdi qui ad deū tentant ꝑ sacri oꝛdinis officia ꝓpinquare qꝛ iusto dei iudicio in tenebras interioꝛes cadūt ita vt nec ostiū inuenire ꝑualeant qꝛ a deo peccando diuisi vnde ad eū reuertanꝛ ignorant. De quibꝫ idem Paulus cū supius memorata loquereꝛ paulo post subdit dicēs. Qui talia inquit agunt digni sunt moꝛte. nō tm̄ qui illa faciūt sed et qui ꝯsentiūt facientibꝫ. Et cū apl's nō de iudeis vt cūcꝫ fidelibꝫ sed de gentibꝫ et ignorantibꝫ tanto studio sententiā districtā animaduersionis exageret. Quid rogo dixisset si letale hoc vulnus in ipso coꝛpe sancte ecclesie facere ꝯspiceret: ꝛc̄. Hec Pe. da. Idem apl's enumerās oꝑa carnis videlicꝫ foꝛnicationē impudiciciā luxuriam: immundiciā. ꝯtentōes. emulatōes ꝛc̄. Ait. Qm̄ qui talia agūt regnū dei nō ꝯsequūtur. Ad Gal. v. Que quidem sententia quo ad omnes se extendit generaliter. Durius autē tangit istos qui alijs ꝑsunt spiritualiter vt ait quidā doctoꝛ. Quibus dictum est. Data est vobis potestas a dn̄o et virtus ab altissimo qui interrogabit oꝑa vestra et cogitatōnes scrutabitur. Qui cum essetis ministri regni illius nō recte iudicastis et necꝫ custodistis legem iusticie necꝫ scd̄m voluntatē dei ambulastis. Hoꝛrendum cito apparebit vobis durissimū iudicium in his que presunt fiet. exiguo eni cōceditur misc̄dia:

potentes autem potenter tormenta patientur. Sapienc. vi. Ecce q̄ horrenda et formidolosa maledictio eis intorquetur seu pena cōminatur. De qua etiam Hieronymus loquitur super Esaiam libro. viij. scribens quomodo ipsas carnis delitias et consolationes transitorias sequuntur in futuro tormenta. Ait nanq; in consolatōne mundi. Preteritarum deliciarum recordatio: erit materia cruciatuum. Unde et diues ille in cōuiuio purpuratus qui receperat bona in vita sua eleuans oculos de inferno Lazarum cernit in requie. Et dominus increpans diuites et luxuriosos atq; ridentes. loquitur in euangelio. Ve vobis diuites: qui recepistis consolationē vr̄am. Ve vobis qui nunc saturati estis: quoniam esurietis. Ve vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis. Quando igitur fuerit resurrectio mortuoꝝ ꝛ iudicij aduenerit dies: tunc lugebit vinū atq; vindemia. De qua Moises loquitur. De vindemia sodomoꝝ vinea eorum: et ꝑpago eorum de gomorra. Uua eorum vua fellis ꝛ botrus amaritudinis. furor draconum vinum eoꝝ: et furor aspidum insanabilis. Tunc omnis potio siue vt hebraice dicitur sicera id est ebrietas que statum mentis euertit et homines vigilare non ꝑmittit: amaritudine cōmutabitur: que ad tempus vtentibꝫ se mella mentitur: et in nouissimo amarior felle repietur. Tunc omnis dulcedo letantium et tympanorum ac cithare sonitus in planctum vertitur et gemitum. Ingeramus hoc testimonium his qui conuiuijs non solum gula et ebrietate sed et auribus luxuriantur vt per omnes sensus aīe fortitudo mollescat. Hec Hieronymus. De hoc etiā iudicio futuro q̄ districtū erit dicit btūs Greg. inter alia. Sic vias filioꝝ adam dn̄s subtili examinatōe cōsiderat. vt in vnoq̄q; nr̄m nec ea q̄ remuneret bona nec mala q̄ videlicꝫ displicet sine interꝑtatione. al's increpatōe. derelinquat. Sic aūt dn̄s vniuscuiusq; vias considerat. sic gressus dinumerat vt ne minutissime quidem cogitationes in iudicio: ac verba tenuissima que apud nos vsu viluerint indiscussa remaneant. Hec ille. Quid ergo erit de tam enormibus scelcribus presertim in sacerdotibus et prelatis videlicet fornicatione: Impudicicia: Ambitione: Auaritia

Indigna tractatione excellentissimi sacramenti: et ceteris co-
rum p̄uaricationibus que quidē cōtingit numerari sed raro
emendari. Si tā exigua scdm nr̄am estimationē pcc̄a ne qua
q̄ relinquunt indiscussa: imo nec bona que putamus facta:
sine dominica examinatōne relinquuntur. testante dn̄o p ꝓ
phetam. Ecce ait in tp̄e illo scrutabor domos hierusalem in
lucernis. Qd̄ tractans Richardus ait. Hierusalem idem so
nat qd̄ visio pacis. Domus itaq3 hirl'm sunt ꝯscientie secure:
nam he sunt que videntur eternā pacē habere. Quid igitur
de domib' babylonis: qn̄ domus etiā hirl'm scrutande sunt
cum lucernis? Quid erit de conscientijs turpib' et desperatis
si ꝯfidentie p̄sumptio tollitur etiā male securis? Domus itaq3
hierusalē a dn̄o pscrutande ꝓhibentur. quia in illis etiā con-
scientijs que secure sibi videbantur nihil occultum nihil in-
discussum relinquetur: quod a veritatis lumine nō arguetur.
Hec ille. Huic consonat btūs Bern̄. sup Cant. sermone. lv.
dicens. Tu qui aduentū desideras saluatoris: time scrutiniū
iudicis: time illū qui per ꝓphetā dicit. Et erit in die illa et ego
scrutabor hirl'm in lucernis. Acuto visu est: nil inscrutatū re-
linquet oculus eius. Scrutabit' renes et corda: ipsaq3 hois
cogitatio confitebitur illi. Quid tutum in babylone si in hie
rusalem fiet scrutinium? Puto enim hoc loco prophetā hie
rusalem noīe designasse illos qui in hoc seculo vitā ducunt
religiosam mores illius superne hierl'm cōuersatione honesta
et ordinata pro viribus imitantes et non veluti hi qui de ba-
bylone sunt vitam in ꝑturbatōne viciorū scelerūq3 ꝯfusione
vastantes. Deniq3 eorum peccata manifesta sunt precedentia
ad iudicium et non egent scrutinio sed supplicio. Mea autē
qui videor monachus et hierosolimita peccata certe occulta
sunt nomine et habitu adumbrata: idcirco necesse erit subtili
ea inuestigari discussione et quasi admotis lucernis de tene-
bris lucem prodiri. Possumus afferre aliquid de psalmo ad
confirmandum illud quod dicitur de scrutando hierusalem
Ait namq3 sub persona domini. Cum accepero tempus ego
iusticias iudicabo vias iustorum ni fallor et actus eorum
discussurū se et examinaturū dicit. Verendum tamen valde

cum ad hoc ventum fuerit ne in tam subtili examine multe
nostre iusticie vt putantur peccata appareant. Unum est tñ
si nosmetipsos diiudicauerimus: nõ itaqꝫ iudicabimur. Bo
num iudiciũ quod me illo districto diuinoqꝫ iudicio subdu-
cit et abscondit. Prorsus horreo incidere in manus dei viuẽ
tis. Uolo vultui ire iudicatus presentari non iudicandus.
Spiritualis homo omnia diiudicat et ipse a nemine iudica
tur. Judicabo proinde mala mea: iudicabo et bona. Mala
melioribus curabo corrigere actibus. diluere lachrymis. pu
nire ieiunijs ceterisqꝫ laboribus sancte discipline. Jn bonis
de me humiliter sentiam et iuxta preceptu꜍ domini seruũ me
inutilem reputabo qui quod facere debui tm̃ feci. Dabo ope
ram ne lolia pro granis nec paleas cum granis offerre vide
ar. Scrutabor ego vias meas et studia mea: quo is qui scru-
taturus est hierusalẽ in lucernis nil inscrutatũ in me siue in-
discussum inueniat. neqꝫ eni bis iudicaturus est in idipsum.
Quis mihi det ad liquidum ꝑsequi vniuersa delicta mea vt
in nullo oporteat vereri oculos acute videntis? Jn nullo ad
lumen contingat erubescere lucernarum. Et paulo post. ve-
reor aspectũ exploratoris illius qui post parietẽ stat vt dicit
scriptura de eo in canticis. En ipse stat post ꝑietem inquit: re
spiciens fenestras. ꝓspiciens ꝑ cancellos. Hũc ergo vereor
occultu꜍ occultoꝝ exploratorem. Et sermone. xv. suꝑ Cant.
Paueo inquit gehennã: paueo iudicis vultum: ipsis quoqꝫ
tremendum angelicis potestatibus. Contremisco ab ira po-
tentis. A facie furoris eius: a fragore ruentis mundi a cõfla-
gratione elementorum: a tempestate valida. A voce archan
geli et a verbo aspero. Contremisco a dentibus bestie infer-
nalis. a ventre inferi. A rugientibꝰ preparatis ad escam. hor-
reo vermem rodentem et ignem torrentem fumum. et vapo
rem et sulfur et spiritum ꝓcellarum. Horreo tenebras exterio
res. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem la
chrymarum vt preueniam fletibus fletum et stridorem den-
tium et manuũ pedumqꝫ dura vincula. et pondus cathena
rum: prementium: stringentium: vrentium nec consumen-
tium. Heu me. mater mea vt quid me genuisti filium odij:

filium doloris: filium amaritudinis et indignatōnis et plo-
rationis eterne. Cur exceptus genibus. Cur lactatus vberibus
natus in combustionē et cibus ignis. Hec Bern̄. Sūmo ita-
q3 studio summaq3 vigilantia nobis est curandū vt nō audi-
amus a Christo iudice oīm in die iudicij qđ peccatores au-
dient. Ite maledicti in ignem eternū qui paratus est ꝛc. Ue-
re enī est diabolo ꝑparata gehenna et non omnibus hoībus si
nō facimus opa diaboli. Ue his quibus preparatus est dolor
vermiū: ardor flāme: sitis sine extinctu: fletus et stridor den-
tium: oculoꝝ lachryme: tenebre exteriores sine luce. pena in-
exterminabilis: vbi nō est vllus honor siue agnitio proximi
sed cōtinuus dolor et gemitus. vbi mors optatur et nō dabi-
tur. vbi nō est honor senioris et regis: nec dn̄s sup seruū: nec
mater diligit filiū aut filiā: nec filius honorat prē3: vbi oīe
malū: et oīs indignatio et fetor et amaritudo abundat. hec
timuerūt iusti et fugierūt. Rogo supplico iterūq3 deprecor fra-
ter charissime vt et deum timeamus et amemus et hec fugia-
mus. Et paulo post. Hec frater charissime meditemur: hec fir
miter in aīo teneamus et caueamus nos ab omni iniquitate
et peccato: in verbo: in facto: in cogitatōne. in manibus: in pedi
bus: in visu in auditu. Custodiamusq3 corpus nostrū et ani
mam: dum tps habemus laboremus: et bona opa deoq3 pla
cita vna cum dei adiutorio semp facere studeamus. ne subi-
to ꝑoccupati die mortis queramus spaciū penitentie et inue-
nire nō possimus. Dum sumus in hoc tempe seminare nos
oportet. tpe enī suo id est post mortē siue in die iudicij mete-
mus qđ in vita eterna habere debemus. Hec Aug⁹. Sed
iam venerabilis pater inculte exhortatōis ꝓtraxisse sermonē
hucusq3 sufficiat: eo ꝙ materia quidē3 copiosa inueniatur et
vberrima multū valde: quā nos diutius ꝓsequi epistolaris
breuitas non ꝑmittit. Parcite ori meo amantissime pater nec
homo hoīs quanq3 minoris et iunioris humiliter sugge
rentis verba rustica et inculta et in longū mens ꝓtensa fasti-
diat: cum gloriosa sit virtus hūilitatis ꝑ quā homo vere di-
scipulus efficiť saluatoris. Et si fortassis in aliquo limitem
modeste exhortationis excessi: zelo potius fratrum amoris

asscribite q̄ȝ liuoris. Emulor enī vos dei emulatōne. zelans et sitiens salutē vr̄am in christi visceribꝰ: in charitate nō ficta. Deus om̄ipotens dilectissime qui vos corā hoībus fecit insignem: tribuat etiam in suis obtutibꝰ legis sue veraciter esse cultorem. Extinguat in vobis estuantiū fomites viciorꝝ ⁊ florere vos faciat vernanciū decore virtutum. Amen.

Explicit epistola prima.

Incipit epistola secunda fratris Johannis Carthusieñ. ordinis ad quosdā studentes Pragenses de Hamburg.

d Iligendis q̄ȝ plurimū ac dilectis in Christo suis compatriotis de Hamburg socijs et amicis. Post quadrigā phie currentibꝰ Johāni Baccalario in artibꝰ fratriqȝ eius. S. scholarē militiā cōtinuantibus in studio Pragensi. H. quoqȝ cognato suo atqȝ. xv. in Hamburg: inter parentes et cognatos nunc degentibꝰ. Johannes peccator monachus ordinis Carthusieñ. ꝓpe Pragam Salus vobis eterna dilectissimi et cordialiter dilecti: Pax et gaudiū a dn̄o iesu christo. Affectus interne charitatis inuitat et vtilitas ꝑsuadet vt saltem litteris qualitercunqȝ visitem q̄s nequeo ꝑsonali p̄ntia visitare. Emulor equidem vos dei emulatōe. zelans ac sitiens salutē vr̄am in visceribus iesu christi. Et qꝛ dilectissimi desidero cōglutinare aīas vr̄as ei qui nobis factus est redemptor et p̄cium: qui et vita est hominum et ꝑhennitas angelorꝝ: dulcissimꝰ delectabilissimus om̄i virtute p̄ditus: om̄i p̄ciositate redimitus: dulcis sup̱ mel et fauū: speciosus forma sup̱ filios hoīm. Cuius dulcedine angeli inebriant̄: cuius pulchritudinē sol et luna mirantur. Qui fecit oīa ex nihilo: qui oīa beatificat beata: et cūcta sanctificat sancta: qui est veritas vita et gloria sempiterna gaudium mūdi. iocūditas celi: btā eternitas et eterna felicitas christus dn̄s iesus. Hūc talē ac tantū quē verbis exprimere nō sufficio cum sit indicibilis nec digna laude attollere p̄ualeo. cum ad eius p̄conium laudis nō sufficiat ipsa excellentia angelorum. Hūc inq̄ȝ sup̱ oīa diligendū: vobis amabilē reddere concupisco: si tamen ipsius gratia mihi affuerit. Quia sine me inquit nihil potestis facere. Et vt a magistri gentiū ver=

bis sermo exordium sumat. Qui non amat dominum iesum
anathema sit. Ualde enim nobis omnino amandus est per
quem sumus viuimus et sapimus. Et ipsi soli viuendum: cu
ius morte preciosissima trāslati sumus de morte ad vitā. Ipse
quoq₃ creauit nos vt gratia ipsius mediante per vite sancti-
tatem ad ipsum redeamus et apud eum eternaliter manea-
mus. Unde beatus Bernhardus ad Cart. A deo inquit et
ad deum conditus est animus rationalis vt ad ipsum sit con
uersio eius. Quamdiu igitur hic viuitur q₃ propius potest
accedat ad eum similitudine: a quo sola dissimilitudine disce
ditur vt sit hic sanctus sicut ille sanctus est. et in futuro bea-
tus sicut ille beatus est. Hec Bernardus. Illi ergo soli viue-
re et in ipso manere studeamus vt non longe in futuro mane
re ab illo contingat. In deo autem manere vt ait Bernard⁹
sermone. xi. de cena dñi: est illi soli ex amore adherere: ipm
ex toto corde diligere: illius precepta in omnibus et per om-
nia obseruare: eius amori nihil preponere: et pro illius amo-
re cuncta nec nata reputare. Et hic talis se non dubitet ma-
nere in christo cui preter christum vilescunt omnia. et ipse chri
stus sic in cordib⁹ nostris manendo florescat vt cuncta tran-
sitoria nobis vilescant. Hec ille. Deniq₃ vt ait idem Bernar
dus epistola. vij. Et si cetera taceam hoc solum certe non im-
merito vitam sibi vendicat nostram q₃ pro ea prebuit suam.
Nemo igitur sibi viuat sed ei qui pro se mortuus est. Cui enī
iustius viuam q₃ ei qui si non moreretur ego non viuerem?
Cui cōmodius q₃ promittenti vitam eternam? Cui magis
ex necessitate q₃ flāmas perpetuas minanti? Sed seruio vo-
luntarie: quia charitas libertatem donat. Idem super Can-
tica sermone vicesimo. Sed si ingratus sum et indignus.
dign⁹ plane est morte q̄ tibi dñe iesu recusat viuere ⁊ mortu-
us est. Et qui tibi non sapit desipit. et qui curat esse nisi pro-
pter te pro nihilo est et nihil est. Deniq₃ quid est homo nisi
quia tu innotuisti ei? propter temetipsum deus fecisti omnia
et qui vult esse sibi et non tibi nihil esse incipit inter omnia.
Deum ergo time et mandata eius obserua hoc est inquit
omnis homo. Ergo si hoc iam dictū est omnis homo. ergo

abſqꝫ hoc nihil omnis homo. Hec ille. Et vt ad ea regredi-
ar a quibꝰ ſermo exorſus eſt: et que vobis duxi ſpecialius ꝓpo
nenda. Videamus iuxta poſſe noſtrū quomodo nos dilexe
rit Chriſtus: qualia ⁊ quanta nobis exhibuerit bñficia: vt et
nobis reddat viciſſim amabilis: et diſcamus a Chriſto quē
admodū diligamus Chriſtū. Nam vt ait Augꝰ. ad dei dile
ctionem in nobis excitandā: nutriendaꝫ: augmentandā nihil
ita valet ſicut bñficioꝝ eius frequēs et diligens cōſideratio
Verum qꝛ bona que largiri mortalibꝰ non ceſſat miſericors
et miſerator dñs: recolere et intelligere oīa: omni homini im-
poſſibile eſt. Quis enī loquetur potentias dñi: et auditos fa-
ciat vniuerſos ſermones eius? Id ſaltē qꝺ precipuū et maxi-
mum eſt: opus videlicet nr̄e redemptōnis a memoria noſtra
aliq̄tenus nō recedat: hoc enī ſuꝑ oīa reddit nobis ieſum dei
filium amabilē. Hoc om̄ino amorē nr̄m facile vendicat totū
ſibi. hoc inquam eſt qꝺ noſtrā deuotionē et blandius allicit:
iuſtius exigit et artius ſtringit et vehementius afficit. Mul-
tum quippe laborauit in eo ſaluator noſter: nec in omni fabri
ca mundi tantū fatigatōis auctor aſſumpſit. Illa deniqꝫ di-
xit et facta ſunt: mandauit et creata ſunt. At vero hic et in di-
ctis ſuis ſuſtinuit ꝯtradictores: et in factis obſeruatores: et in
tormētis illuſores: et in morte exprobratores. Ecce quō dile-
xit: adde ꝙ hāc ipſam dilectōeꝫ nō reddidit ſed addidit. Nā
quis prior dedit illi et retribuetur ei. Sed vt ſctūs Ioh. eu-
angeliſta ait. Nō quia nos dilexerimus eū ſed qm̄ ipſe prior
dilexit nos. deniqꝫ dilexit nos et nō exiſtentes ſed adiecit ⁊ re
ſiſtentes diligere: iuxta Pauli teſtimoniū dicentis. Qm̄ cum
adhuc inimici eſſemus: recōciliati ſumus deo ꝑ mortem filij
eius. Quis digne penſet quāte fuerit hūilitatis: manſuetudi
nis: dignatōnis: dn̄m maieſtatis carne indui: mulctari morte
turpari cruce? Attendamus chariſſimi diuine nature inſcru
tabilem charitatē: nimiūqꝫ benignā dignationē ac immen-
ſam bonitatē et chriſto qui virtus eſt oīpotentis dei fortiſſi-
ma: ſacrificiū laudis immolemus ꝓ multitudine bonitatis
ſue quā oſtendit nobis: ſemini nequam: filijs ſceleratis et ꝑdi
tis. Cum enī adhuc eſſemus inimici ſui et mors antiqua in

omnem carnem iniquum exerceret dominium: cui omne se=
men ade lege primordialis culpe erat obnoxiũ: recordatus
est verborum mis̃cdie sue et ꝓspexit de sublimi habitõne sua
in hanc vallem ploratõis et miserie: viditq3 afflictionẽ popu
li sui et tactus dulcore charitatis intrinsecus apposuit cogita
re sup nos cogitatõnes pacis et redemptõis. Et quidẽ cum
esset filius dei deus verus sine initio eternaliter deo prĩ san=
ctoq3 spiritui coeternus et cõsubstantialis ac ꝑ oĩa in deitate
equalis: vnus inuisibilis et incõprehensibilis manens deus
lucẽ inhabitans inaccessibilẽ. Portansq3 oĩa verbo virtutis
sue. nõ despexit in hoc nr̃e mortalitatis ergasculũ altitudinẽ
suã inclinare vbi nostrã et gustaret et absorberet miseriam.
Nos quoq3 diabolica fraude deceptos aculeo antiqui serpẽ
tis occisos viuificaret et ad angeloꝝ gloriã repararet. Parum
fuit charitati sue ad ꝯsummandũ opus nostre salutis Che=
rubin atq3 seraphin aut vnum ex angelis destinare sed ipse
met venire dignatus est ꝑ mandatũ pr̃is sui. Cuius nimiã
charitatẽ experti sumus in ipso. Uenit inquam nõ locũ mu=
tando sed humanã naturã assumendo et presentiã suã nobis
ꝑ carnem exhibendo. Nempe ipsius venire non est esse vbi
prius non fuit cum sit vbiq3 p̃sens: sed aliter ibi esse q̃3 prius
fuit. Et hec alteritas nõ est ex pte eius qui est cum sit immuta
bilis: sed ex pte eius in quo est q2 vnitur nr̃e carni. Unde mu
tatio nõ fit ex parte sui sed ex pte nostri: q2 post incarnationẽ
fuit in patre sic semꝑ a quo nunq̃3 est diuisus. Descendit sa=
ne a regali solio sublimis glorie sue in humilẽ 7 abiectam in
oculis suis puellã primo virginalis ꝯtinentie voto sigillatã.
In cuius sacro sancto vtero sola spũssancti inenarrabili vir
tute carnẽ nr̃am sibi insepabiliter vniuit in qua pati posset et
mori nõ amittens vel minuẽs deitatis sue potentiã. Neq3 in
matre violans natiuitatis occasione integritatẽ virginitatis
Nisi enĩ homo fieret: mori nõ poterat. et nisi verus deus esset
nõ nos resurgendo a mortuis debita ꝑpetuitate liberaret. O
amanda miratio. O mirãda dignatio deus immense glorie:
vermis cõtemptibilis fieri nõ horruit. dñs oĩm cõseruorum
suoꝝ voluit apparere. Quantũ pro nobis dispendiũ fecit: de

electam potius ex millibus

domino seruus: de deitate paup caro de verbo: et de dei filio
hois filius fieri non despexit. O mira et inexquisita bonitas
creatoris. O inaudita interminabilis pietas. O mira semp
q miranda diuine ppiciatois benignitas. Quis vnq fratres
mei dilectissimi amantissimi mei coserui dni iesu christi pter
ipm dnm rogo quis poterit explicare sermone aut exarare sti
lo: quãta pietatis abundantia auctor pietatis redundet: quã-
ta bonitatis largitate exuberet? Quid nanq homo vnq ex
pertus est dulcius: quid iocundius: quid mirabilius q q il-
la infinita maiestas deus dei filius cuius magnitudinis nõ
est finis: Cuius ptãs potestas eterna que nõ auferetur et re-
gnum eius qd nõ corrumpetur. Cuius altitudo inattingibi
lis. Abyssus impscrutabilis. longitudo interminabil. latitu
do incõmensurabilis. A summo celo de corde eterni pris in
hanc vallem miserie: in carcerẽ nostre mortalitatis voluit de-
scendere. tam inestimabilis celsitudo: ad tam pfundã humi-
litatem se demergere: atq tam familiari dulciq cõsortio nre
se infirmitati inclinare? O mirabile mysteriũ. O inenarrabi
le ꝯmerciũ vbi extrema summe distantia sunt cõiuncta: hoc
est creator z creatura. Quis audiuit vnq talia? Hec est vt
ait Bern. maxime vniuersitas pietatis ingens eminentia bo-
nitatis q creator oim deus semetipm exinaniuit formã serui
accipiens. In similitudinẽ hoim factus et habitu inuentus
est vt homo. manens deus in hoie vt hõ maneret in eo. Uita
mortẽ assumens vt sibi mors assumeret vitã. vt hmõi abun-
dantia pietatis flagraret quotidie in aurib9 et in cordib9 nris
Hec intuens ppheta Hieremias ait. Stupor et mirabilia fa
cta sunt in terra. O charitas: o pietas: o stupẽda querentis dei
dignatio. O magna dignitas hois sic quesiti. serui dei non
fuimus et ecce facti sumus filij dei. heredes quidẽ dei: cohere
des autem christi. Quid est homo q sic magnificas eum: aut
ponis erga eum cor tuum? Quis super tanta misericordie vi
scera non obstupescat: quis non miretur: quis nõ colletetur?
Factus quoq homo scdm vaticinium Hieremie. In terris
visus est et cum hominib us conuersatus est: et exempla hu-
militatis extreme in se transfigurãs: tantum dulcedinis et di

lectõis exhibuit hoĩbꝫ et tã amabilẽ se p̃buit vt durissimi cordis sit: si q̃s eũ nõ diligit toto corde: offerẽs tam sup̃ modũ maximam charitatẽ qua maiorẽ nemo habuit in celo et in terra. De q̃ btũs Berñ. Uere inq̄t in nullo sic ꝯmẽdat deus charitatẽ suã q̃ꝫ in mysterio incarnatõis et passionis eius. in nullo sic reuelat̃ ei⁹ pietas. In nullo sic apparet eius benignitas q̃ꝫ in hũanitate. Nã potẽtia eius occultata est qm̃ in infirmitate venit. Sapientia vero abscondita est. Placuit enĩ ei ꝑ stultitiam saluos facere credentes. Nõne stultum fecerat se deus qui pro inimicis in mortem tradidit animã suam: et que non rapuit exsoluebat? Nonne ebrius erat vino charitatis et immemor sui contra consiliũ Petri dicentis. Propitius esto tibi cum diceret se passurum. per om̃ia sit benedictus christus qui sic dilexit genus humanũ. O rara charitas. o eterna dulcis eternitas. o btã felicitas. o decus angeloꝝ. o splendor sanctorum. o iesu bone iesu sancte. vita immaculata. vita eterna salus incorrupta. ꝑpetua gloria. totus dulcis totus amabilis quomodo nos amasti: quõ nos dilexisti: quõ teipsum ꝑ nobis in mortẽ dedisti? Amor tuus nesciuit habere modũ. mensura tue charitatis christe teneri non potuit. Quantus fuerit amor quẽ circa nos christus naturã nr̃am assumendo nobiscum visibiliter ꝯuersando: patiẽdo: moriendo exhibuit enarrare nõ sufficit oĩs viuẽs. Dicãt dulces lachryme q̃ꝛ voces explicare desistũt. Hinc ait Aug⁹. tam stupendã dei dignatõꝫ ꝯsiderans. O inquit quantũ tibi sumus debitores dñe deus nr̃. tãto redẽpti p̃cio. tãto saluati dono ⁊ glo̾so adiuti bñficio: q̃tũ a nob̃ miseris es timẽdus ⁊ amãd⁹ ⁊ glorificãdus q̃ nos sic amasti. Tibi nẽpe debem⁹ om̃e qđ possum⁹: om̃e qđ sapimus om̃e qđ viuim⁹. Idẽ. Sed q̇d tibi retribuere possum⁹ de⁹ nr̃ ꝑ tãtis bñficijs miscđie tue. q̃s laudes q̃s ve graꝝ actiones. Etiã si illa btõꝝ angeloꝝ potẽtia nob̃ foret nihil dignũ tãte pietati ⁊ bonitati tue recõpẽsare valem⁹. Si certe oĩa mẽbra nr̃a ꝟterent̃ in linguas ad repẽdendũ ei debitas laudes: nequaq̃ꝫ sufficeret exiguitas nr̃a. Supeminet enĩ scientiã oẽꝫ tua inextiguibil' charitas quã oñdisti nob̃ indignis ex pietate ⁊ bonitate. Nõ enĩ angelos sed semen abrahe apprehendit

Assimilatus nobis per omnia absqꝫ peccato. ꝛc̄. Nos igitur
filioli mei qui huius grē cupimus esse ꝑticipes tam stupen-
dam dei dignationē ac dilectionē semꝑ in memoria retinea-
mus. Assidua meditatōe reuoluamus: atqꝫ medullis cordis
inseramus. Ammiremur: gratulemur. Amemus laudemus
adoremus et grās agamus quotidie. immo cōtinue omī qua
valemus ꝟtute infinite miscdie dn̄i: ꝓ illa inenarrabili ꝛ mi
rabili ꝯiunctōne diuinitatis et hūanitatis in vnitate ꝑsone.
vt non alter deus: alter homo esset. sed vnus idemqꝫ deus et
homo: homo et deus. Benedicamus qꝫ nomē sanctū suum
in eternū et glorificemus ex toto corde nr̄o ꝓ omnibꝰ misera-
tionibus suis quibꝰ mirabiliter nobis ꝑditis suis dignatus
est subuenire. Miserationū quas magnificauit in nobis de-
us iugem habeamus firmāqꝫ memoriā. ne illud iudaicū ob
probrium notetur in nobis. Nō fuerūt memores bn̄ficiorū
eius et mirabiliū que ostendit eis. Alioquin quō implebitur
aplicum illud. In omībꝰ grās agentes. si ea ꝓ quibꝰ grē de-
bentur recesserint a corde: quoꝝ ꝑcipuū ꝛ maximū est opus
nr̄e redemptōis. A cuius deuota meditatōe nec ad horā de-
bet mens redemptoꝝ ieiunare. Utinā in cordibꝰ nr̄is nun-
qꝫ marcescat sed semꝑ rediuiua pullulatōe nouū existat. Nā
per illud cunctoꝝ nobis spiritualium bonoꝝ materia copio
sissime ministratur. Illud enī est ꝑcipua causa dilectōis chri
sti glutine charitatis: ob quā ip̄m diligere et in sua dilectione
ꝑmanere nobis ꝑcipit dicens. Manete in dilectōne mea. si-
cut dilexit me pater ego dilexi vos. mihi impēdite vicem me
diligite in mea dilectōe manete. Hinc Bern̄. Iustū est equū
est dn̄e iesu hoc qđ dicis hoc quod impas nobis. Hoc enim
ratōnis equitas dictat vt quisquis diligentē se diligat ꝛ ama
tus amanti se mutuam vicem rependat. Et infra. Perpendo
quid fecerit seruus dn̄o suo: et quantas qualesqꝫ luerit dn̄s
penas ꝓ suo seruo. Cōscientia mea testis est dn̄e iesu quid fe-
cerim tibi. et crux tua testimoniū tibi ꝑhibet quid feceris mi-
hi. Tu deus et ego homo: sed tn̄ ꝓ me tu deus factus es ho-
mo. Tu creator et ego creatura: sed tn̄ ꝓ me dignatus es fieri
creatura. Tu dn̄s nos serui: et tn̄ pro nobis dignatus es fieri

seruus. Peregrinus pro pegrinis: pro exulib' exul. Pro pau
paribus paup. p humilib' humilis. pro ptemptis contem-
ptus. p mortalib' mortalis: et nō tm̄ mortalis etiā mortuus.
non qualicūqz morte sed morte dura nimis et amara ac tur-
pissima morte scz crucis. Hec sunt opa tua deus hec opa tua
cōsidero et ptremisco. In his te miser ego cognosco et reuiui-
sco et pter hoc in te cōfido: amo te diligo te totis virib' cōcu
pisco. Hec charissimi opa causa sunt dilectōis christi vnus-
quisqz nr̄m videat quō dn̄m iesum christum diligere debeat.
Quid enī ipse amplius p nobis facere debuit et nō fecit. In
quo nos amare plus potuit q̄z amauit. Maiorē ad nos dile
ctionem habere nō potuit qr aīam suam p nobis in mortez
posuit. ipsa btā veritas testis est q maiorem dilectionē nemo
habere pt q̄z vt aīam suam ponat quis p amicis suis. Quare
aūt tam supra modū inestimabilē exhibuerit hoīb' charita-
tem: ratio est. qr inter omnes affectus fortissima est dilectio si-
cut dicit Cantic. viij. Fortis est vt mors dilectio. Et ideo vi-
olentissime trahit hoīes a peccatis. Unde Bern̄. Uolens de
us nobilē creaturā hoīem reuocare si inquit inuitū coegero:
asinum habeo eo q nō libens veniat. Nunquid asino dabo
regnū meū: aut de bobus cura est deo? Scio quid faciā ho-
mo timidus est naturaliter: terrebo eum: si forte sic puertatur
et viuat. Et cōminatus est acerbiora que excogitari pn̄t: tene-
bras eternas: vermes immortales: ignez inextinguibilē. Cū
aūt nec sic reuocaretur ait. Non solū timidus est hō sed etiā
cupidus. Promittā ergo ei qd̄ omnino desiderabile est. Desi-
derant hoīes aurum et argentū et filia. Sed sup hec oīa desi
derant vitam eternā. Manifestū est hoc valde. Si enī tan-
topere desiderant miserā laboriosam z momentaneā hanc vi
tam: quantū diligunt btām et quietā eternam in qua est pre-
sentia omnis boni et absentia omnis mali. Promisit igitur
supra modum maxima que nec oculus vidit nec auris audi-
uit nec in cor hominis ascendit: Uidens autem q nihil pro
ficeret. Unum inquit adhuc restat. Inest homini nō solum
timor et cupiditas sed et amor. Sed si per hunc eum attrahe
re potero optime fiet. Uenit ergo in carne et tam dulcissimū

et tam benignissimuz se exhibuit vt in eius passione lapides scinderentur. Qui modo cōuerti noluerint nōne merito audituri sunt. Quid facere debui et nō feci. Quia sicut omnibus se nunc exhibet benignissimū sic aliqñ se exhibebit seuerissimum. Noli ergo contemnere gratiam si non vis sentire tormentum. Quanta enī mansuetudine nos p̄uenit tanta districtione veniet aliqñ. Ex magnitudine ergo indulgentie et dilectionis: magnitudinē attende vltionis. Immensus enī est deus et infinitus. in iusticia sicut in misericordia. multus ad ignoscendū: multus ad vlciscendum. Sed mis̄cdia prior sibi vendicat locum. Qui hanc recusauerint ad cumulum damnationis sue digne audituri sunt. Ite maledicti in ignē eternum ꝛc̄. Et illud ꝓuerb. Uocaui et rēnuistis: extendi manū meā nec fuit qui respiceret. despexistis om̄e consilium meum nūc ego in interitu vr̄o ridebo et subsannabo cum vobis qd̄ timebatis euenerit. Quis igitur charissimi recupata vita iacebit amplius in fecibus peccatoꝝ ꝛ neglecta vita se ineternū mori vlterius patietur. profecto omni insensato stultior est: et dementior furioso. Cecus est et iumentis insipientibꝰ similis Nouissima sua et que post mortē ventura sunt nō p̄uidens. Non nobis ergo vilescat fratres mei dilectio christi qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo. Nolite tantam gr̄am negligere. Cauete ne diuinis bn̄ficijs inueniamini qd̄ absit ingrati. Nihil est ꝙ adeo indignationē altissimi ꝓuocet sicut ingratitudo. Ipsa est maloꝝ ꝓuocatio beneficij exinanitio: exterminatio meritoꝝ. Christo ꝓinde cōsulo placere cōtendatis: mundū ꝯtemnere ne differatis. Quid ꝓmisit attendite. Jesum sup omnia diligite: nihilqꝫ eius amori p̄ponatis. Illius amorē vbicūqꝫ fueritis sederitis vel ieritis: loqn̄tes vel tacēntes esurientes ꝛ sitiētes: ꝯmedētes ꝛ bibētes. Infirmi vel sani ante oculos sp̄ habeatis. Quia in ipso est fiducia fortitudinis: spes eterne btitudinis. fiducia venie. certitudo glorie: peccatoꝝ remissio: p̄mioꝝ largitio: leticie acquisitio. Btūs enī vir ait ꝓpheta: qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. potēs in terra erit semē eius et ipse a dn̄o benedicet. Eya vos dilectissimi filij qui flore iuuētutis adhuc

gaudetis qui adhuc tps aptũ habetis florem iuuentutis vr̃e
cũ deo expendite: tps sacris actõibꝫ occupate: differre pniam
ↄuersionẽq; plongare nolite. Emendare vitã vr̃am absq; re-
tractione disponite: nam cito veniet tpus et hora: q̃ labor oĩs
et vniuersa cura laboris cessabit. Erit in ꝓximo sabbatũ qñ
nõ erit liberũ opari: et tũc oĩs hõ ꝯm suũ laborẽ mercedẽ ha-
bebit. Judicabit enĩ dñs fines terre et hoĩem in suis opibus
compꝑhendet: vt reddat vnicuiq; iuxta opera sua. Memento
inquit sapiens creatoris tui in diebus iuuentutis tue: anteq̃
veniat tpus afflictõnis et appropinquent anni de quibus di
cas. nõ mihi placent. Necesse est ergo vt vnusquisq; dum in
corpe viuit opari nõ cesset: quod sibi expediat ineternũ. Ve-
niet enĩ tpus vt premisi in quo nihil penitus possumus ope-
rari nec mereri. Unde sapiens nos hortatur dicens. Q̃cun
q; potest manus tua instanter opare. quia nec opus nec ratio
nec sapientia nec scientia erit apud inferos quo tu properas.
Jtem dñs in Euangel. Opamini dum dies est: quia veniet
nox in qua nemo poterit opari. Quamdiu igitur vires suppe
tunt et tpus iuuat dum adhuc iuuenes estis et sani ac robusti
et emẽdare vitã vr̃am potestis cõgregate in horrea celesti the
sauros celestes vt cũ defeceritis recipiãt vos in eterna taber-
nacula et nõ relinquamini vacui in hora mortis vobis ⁊ cũ-
ctis supuentura. Nemo vos retardet: nemo seducat aut impe
diat. Nolite sequi q̃ vos traxerit caro fatua. Ceca est et si vo-
bis p̃stiterit ducatũ secũ in mortis foueã vos deuoluet. Un-
de apl's. Si scd̃m carnẽ vixeritis moriemini: scꝫ morte eter-
na. Jdem. Qui in carne sunt deo placere non possunt. In vo
luptate carnis ait Gregorius. cito preterit quod delectat mo
mentaneum: manet autem ineternum quod cruciat. nec vos
detineat mundus nõ alliciat nec decipiat: fallax enim est hic
mundus. vita breuis: finis dubius: exitus horribilis: iudex
terribilis: pena infinibilis. Unde Bernhardus. O misera-
biles miseri quos miserie huius miserabilis vie et vite sedu-
cunt. deducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna de
scendunt. O fortunati: o ter quaterq; beati: cõtemptores hu-
ius mortalis vite. qui obediendo verbis dei q̃ sunt verba vite

et letantur in via mirabili deduci q̄ ducit ad atria vite. Via miserabilis lata via iniquitatis: extrema cuius ducūt in atria leti. Illos p̄cipue qui cū peius egerint magis sunt leti. Hec via que nō misericorditer lenis sed miserabiliter est crudelis crudeliterq; miserabilis. In ingressu est delectabilis in progressu execrabilis. In exitu damnabilis. Ingredientib9 mel ꝓpinat sophisticū: ꝓgredientiq; fel et acetum: et egredientibus insanabile venenū aspidum. Ingredientes cōtaminat: progredientes obstinat. egredientes exterminat. Gregori9. O vita p̄ns q̄ȝ multos decipis: dulcis es stultis: amara sapientib9 Qui te amant nō te cognoscunt: qui te fugiunt ipsi ꝑte intelligunt. Alijs te ꝓmittis longam vt decipias. Alijs breuē vt in desperationem ducas. Hieronymus. O vita plena laqueis quot in mundo hoīes illaqueas. quot ꝑ te iam sustinent tormenta infernalia. q̄ȝ btūs qui tuas ꝯgnoscit fallacias ⁊ tuas nō curat vanas blandicias. Quam beatissimus qui te bene priuatus est. Item Aug9. Vita hec vita misera: vita incerta: vita laboriosa: vita imūda: vita dn̄a maloꝝ: regina superboꝝ: plena miserie et errorib9: que non est dicenda vita sed mors. In qua momentis singulis morimur ꝑ varios mutabilitatis defectus diuersis generib9 mortiū. Nunquid ergo q̄ vivimus in hoc mūdo possum9 dicere vitā: quā honores tumidant: dolores exterminant. ardores exsiccant. aera immorbidant. esce inflant. ieiunia macerant: ioci dissoluūt: tristicie cōsumunt: sollicitudo coartat: securitas ebetat. diuitie iactant: pauꝑtas deijcit. iuuentus extollit: senectus incuruat. infirmitas frangit: meror deprimit. Et in his om̄ib9 malis mors furibunda succedit. simulq; gaudijs istius miserrime vite finē imponit ita vt cum esse desierint nō fuisse putentur. Mors ista vitalis licet his et alijs respersa sit amaritudinib9. proch dolor q̄ȝ plurimos suis capit illecebris: et quantos suis falsis ꝓmissionib9 decipit et cū sit ꝑ se amara ⁊ falsa vt etiā suos cecos amatores latere nō valeat tn̄ infinitā stultoꝝ multitudinē aureo calice quē in manu habet potat et ꝓrsus inebriat Felices illi et ipse. qui familiaritatē eius recusant: ꝑemptoria gaudia spernūt. societatē abijciunt ne cum ꝑeunte deceptrice

et ipsi perire cogantur. Hec Aug⁹. Ecce quantis malis ꝛ mi
serijs repletus est hic mũdus plenus laqueis mortis. Mors
aũt ineuitabilis et incerta. et tñ miseri hoĩes mundi fallaciã
nõ attendentes odientẽ diligunt et seuo eius gladio sponte
colla subijciunt. Isti miseri sunt sine cõsilio sed vtinã saperẽt
et intelligerent hec et que ventura sunt in nouissimis tpibus
ꝓuiderent profecto mundũ odirent et non diligerent. Hinc
Petrus Blesen̄. epl'a. lxviij. Prope est inquit vt amatores se-
culi ab eterne vite radice precisi in exteriores tenebras detru-
dantur. Ab ecclesia sanctoꝝ ꝑpetua excõicatione seclusi expe
riantur inextolerabili doloꝝ angustia. ꝗꝫ ꝑniciose illos dece
perat appetitus transitorie voluptatis. Utinã charissimi ab
omnib⁹ mundi noxijs abstineretis vt nihil in vobis quod su
um est princeps huius mundi haberet quo vos caperet aut
teneret seu a brauio ad qđ curritur retardaret. Omis inquit
apl's: qui in agone cõcurrit ab omnib⁹ se abstinet. Quid que
so deest aut quid deficit his qui de seculi pompa triumphan
tes mundũ ꝑ oĩa reliquerũt: mundiqꝫ diuitijs ac honorib⁹
cõculcatis diuites se reputant in sola paupertate. Unde Pe
trus blesen̄. epl'a. xliij. Mirabiliter inquit elusa est sapientia
huius mundi filijs huius seculi: cõuertuntur eoꝝ diuitie in
miseriam ꝛ tormentũ. filij vero lucis expiuntur iugiter ꝙ ca-
rere diuitijs liberũ faciat et beatum. Confiteor tibi pater celi
et terre quia hec abscondisti a sapientib⁹ et prudentib⁹ et reue
lasti ea paruulis. Pauꝑ et iustus cõtemnit diuitias ꝛ nihil de
ficit ei: qꝛ sufficit ei deus. Diues aũt filius auaritie: cultor mã
mone seruus. pecunie maiorẽ in eo sollicitudinẽ et timorẽ ac
miseriam inuenit in quo sibi pleniorẽ ꝯstituerat voluptatem
Hec ille. Sinite ergo sinite sapiẽtes seculi de spũ huius mũ
di tumentes. Alta sapientes et terrã lingentes sapienter descẽ
dere in infernũ. Uos aũt dum foditur peccatori fouea ꝑ stul
tum dei: qđ sapientius est omnib⁹ hoĩbus christo duce hu-
milem apprehendite disciplinã ascendendi in celũ. Circum-
specte agatis et negocio salutis vr̄e maturius vigilantiusqꝫ
insistatis ne tunc incipere velitis cum velle nõ possitis. Qui
oportunitatem deserit: oportunitas eum fugit. Et scriptũ est.

Qui amat piculum pibit in illo. Periculosum est vt ait Bo-
nauētura. differre: qđ homo statim p̄t habere. Ideo dicit scri-
ptura. Ne tardes cōuerti ad dn̄m et ne differas de die in diē
Et iterū. Ante languorē adhibe medelā. et ante iudiciū para
iusticiā. Multi se extreme cōtritioni ꝯmiserūt: et se dum sani
essent corrigere neglexerūt et ideo pierunt. Cantauerūt cum
coruo Cras cras. sed mō cantāt ve ve cū diabolis in inferno
Et si qn̄qꝫ quibusdā datur cōtritio in extremis hoc habēt ex
priuilegio speciali. nec hoc quilibet obtinebit. Justissima enī
peccati vindicta est vt qui iam nō laborat ꝑ gr̄a dei dum p̄t:
nō possit cum velit. Hec ille. O felix penitētia ⁊ cōuersio ma
tura qꝛ secura. Qui aūt tarde penitentie se cōmittit dubius et
incertus erit: qꝛ nescit vtrū vere vel ficte peniteat. imo nescit
si penitentie locus cōcedatur. vtrū discrimen mortis indispo
site extimplo supueniat. Et sicut pisces capiunꝰ hamo: et si-
cut aues ꝯprehendūtur laqueo: sic et ip̄e capiatur. Porro ne
mo de vite diuturnitate securus est. dies enī mortis incertus
est. senesqꝫ piter et iuuenes mors amara inuoluit.. Siquidez
equum est iudiciū mortis: psonam nō accipit nec alicui par-
cit sed equaliter omnibꝫ condiuidit: nec iuueni aut seni misere
tur. Ignorat nobiles et potentes nō veretur. diuitem et pau-
perem similiter perdit. Quinimo plures ante pfectam com-
pletionem annoꝝ suorū de medio sublati sunt. Ideo ait apl's
Dies dn̄i hec est mors: subito dum nō speratur latenter sicut
fur in nocte subintrat. Quando credunt reprobi securius in
suis voluptatibꝫ et vanitatibus pmanere et postea ineternuz
i iste ꝑ meritis cruciantur. Et iterū scriptura. Cum dixerint
pax et securitas tunc repentinus supueniet interitus. Mors
autem subita et incerta remediū penitentie frequenter antici-
pat. Morbi etiā qui sepissime graues et inualescētes sunt: an
gustia sensuali spiritū deuotionis extinguunt. Certissimū est
aūt qꝛ qđ nō punit homo puniet deus. Horrenduz vero est
incidere in manus dei viuētis: illosqꝫ cruciatus quoꝝ nō erit
intermissio neqꝫ finis. Quis enī vt ait ꝓpheta: habitare pote-
rit cum igne deuorante: aut quis stabit cū ardoribꝫ sempiter-
nis. O q̄ꝫ felix ꝑinde q̄ nouissima ꝓuidet qui sibi a peccatis

cauet qui ꝯsilium salubꝛe nō negligit: qui se omni tpe ad ho=
ram moꝛtis disponit. Festinantius igitur agite ne ꝓpositi vr̄i
si qd̄ salubꝛe foꝛte cōcepistis executionē moꝛs inopinata ꝑue
niat. Jdcirco postpositis retrahentibꝰ cunctis disponite do=
mui vr̄e ꝑparate vos ad viā vniuerse carnis ad hoꝛā moꝛtis
ꝑ verā ꝯtritionē et purā ac integralē ꝯfessionē: et ꝑ satisfactio
nem ꝯdignā dum adhuc sani et foꝛtes estis atq̧ iuuenili etā=
te floꝛetis. Ne vos tangat qd̄ dicit Hieronymus. Ve inquit
vobis iuuenes qui floꝛē iuuentutis vr̄e mundo offertis ꝛ vix
adhuc feces senectutis dn̄o reseruatis. Cuncta q̄ȝ noxia a sa
lute eterna vos retrahentia ac impedientia ꝓijciatis: Atq̧ ma
lis societatibꝰ ꝑtermissis cum sapientibꝰ ambuletis. Quia q̄
cum sapientibꝰ graditur sapiens erit: amicus aūt stultoꝝ dis=
similis. Moꝛum siquidē qualitas trahitur a cōuictu. Et qui
picem tangit inquinabitur ab ea. Coꝛrumpūt bonos moꝛes
consoꝛtia praua. Teste enī Saterico. Foꝛtius et citius vicio
rum exempla domestica nos coꝛrumpūt. Postpositis etiam
vanitatibꝰ mundi que hoīem deo et angelis odibilē reddunt
bonos et maturos actus et moꝛes honestos et cōpositos in
vobis habere et cōseruare studeatis. Calcate supbiam. Va=
nam huius mundi gloꝛiā despicite: frenetur ira: frangatur in
uidia. fugite ꝓcul detractionē. Cum detractoꝛibꝰ ait Salo=
mon: ne ꝯmiscearis: qm̄ repente veniet ꝑditio coꝝ: et ruinam
vtroꝛūq̧ quis nouit tam videlicet eius qui detrahit q̄ꝫ illius
qui aurē accomodat detrahenti. Quicquid carni voluptuo=
sum videtur et blandū: vt reuera diaboli viscariū ꝑhoꝛrescī=
te. Terrene felicitatis blandimenta cōtemnite. Quicquid in
seculo arridet tanquam ludificatoꝛie imaginatōis somnium
deputate. Quid rogo sunt omnia hec pꝛesentia: quantūcun=
q̧ pulchꝛa et dulcia apparent nisi velut somnium quod pꝛe=
terit cuius nemo amplius recoꝛdat̄. Unde Gregoꝛius. Se=
pe inquit contingit doꝛmienti inopi vt se ꝑ somnium diuitē
videat atq̧ eisdem rebus animum extollat. letatur se habere
quod non habet: Sed repente euigilans dolere incipit qui
diuitiaꝝ imaginē doꝛmiens tenebat. et tunc gemit sub pau=
pertatis pondere q̄ se credidit diuitias possidere. Sic est de

omnibus huius mundi blandimentis. Et si scripture non credimus tpus pteritum quod viximus ad memoriã reuocemus ꝛ inueniemus q̃ oĩa pterita nihil differũt iam a somnio. Cogitet ergo qui poterit si expediat, p breui somnio tpis eternam vitã pdere et cum damno penas ppetuas sustinere. Deinde virtutũ armis viriliter accingimini cõtra versuti hostis insidias: semp in acie parati assistite. In virtutũ studio vos exercere satagite: videlicet dum etas vr̃a adhuc quasi cera est dum mores teneri in quamlibet valent ptem indifferẽter adduci. Unde necesse est tanto vos fieri cautiores circa vr̃i custodiam quanto adhuc estis flexibiliores diuersitatibꝫ morũ. Aut faciliores vel in dexterã dirigi: vel in sinistre ptis procliuia torqueri. Si inter manus figuli plasta viciũ lesionis incurrit nisi presto corrigatur postq̃ ad instar lapidis obduruerit nõ medetur. Si virgula ex prima radice succrescens in obliquũ se qualibet occasione retorqueat ad rectitudinẽ nunq̃ remeat. Si aliquãto diutius in eadẽ obliquitate pdurat et qꝛ aut bastilescit indigna decernit flãmis edacibꝫ pabulũ deputatur. Uerba sunt Pe. da. Cauete ergo ne viciũ aliqđ vestrum cum incremẽto corpis simul adoleat ne prauitatis cuiuslibet in vobis nodositas obdurescat. sed sitis vasa non in ptumeliã sed in honorẽ facta: atq; in domo dñi in omẽ opus bonũ parata. Et vt possitis adiuuante deo in adultoꝝ pbitate nitescere: et qđ aliis fere impossibile est absq; laboris tedio virtutibꝫ abundare. Ammodo cũ ipsis corpalibꝫ incrementis coeua virtutũ exercicia coalescant vt cõsuetudo leuiget qđ debilitas hũane fragilitatis abhorret. Et vt finẽ nũc faciã sermoni qui affectui nõ possum scꝫ finẽ facere vos hortor et solerter ãmoneo vt curetis vos iugiter omĩ tpe sic tenere ac si hodie in huius diei spacio vel cras vel ad longius in hac septimana discessuri sitis de hoc mundo. Quia pro certo nescitis q̃ hora veniet dies dñi ꝛ q̃ ppe est. Ecce in ianuis est Et ideo sicut viator in portu nauẽ velociter ptranseuntẽ longinquas partes petentem stans, pspectat ne se negligat. Sic omnis vita et actio vestra ad hoc dirigatur: vt obitum beatum obtineatis et perueniatis ad locum immortalitatis ac

felicitatis eterne ad celestem hierusalem tanq̃ʒ christi cohere des. Obsecro vos dilectissimi mihi fratres ne q̃ suggero par uipendatis. sed in schola vos christi sub disciplina scti spũs cõgregate. Quatenus ipse vobiscũ vsq; ad ↄsummatõʒ secu li sicut est pollicitus maneat et ad p̃ris sui gloriã felici post modũ remuneratõe vos pducat. Quibusdã forte displiceam qꝛ dum alioꝝ edificatõni ↄsulere gestio prolixius loquẽs lo quendi regulã non obseruo. Sed optime cõpensatur si ar guitur imperitie scriptor: dũmodo ꝓficiat sapienter auditor. Queso vt exhortatiuncula ista nõ pereat sed aliquo in libro transcribatur et sepius pcurrat. vt vobis fauente deo hec ru stica et impita verba ꝓficiant: et in eoꝝ recõpensatõne vestra p me pauperculo orare dilectio nõ desistat. Unũ adhuc ad do. Si vos pcepero parum id edificatõnis qd nunc vobis affero: nõ recusare: sed verba mea hũili aure percipe et corde reponere ad faciendũ ea: non me pigebit gratia dei assistente ac roborante scribere vobis iterato si id a me dignati fueritis postulare. Omnipotens deus dilectissimi fratres mei ab omni vos prauitate custodiat et p iusticie semitã ad celestia regna vos pducat. Amen. Compilata et collecta sunt hec in q̃dra gesima Circa festũ annunciatõnis gloriose Marie virginis et matris dñi nostri iesu christi. Anno. Mccccij.

Explicit Epistola secunda fris Johannis Carthusieñ. ad quosdam studentes. Incipit Tercia epl'a eiusdem ad quendã Canonicũ Northuneñ. sibi specialem.

Onorabili et discreto viro multa bonitate pollen ti dño Henrico Olemaneñ. ecclesie northuneñ. canonico. Johãnes Carthusieñ. prope Pragam Cũ sinceris orõnibꝫ Charitatẽ indefessam. Nõ absq; dolore et gemitu charitati vestre hoꝝ serie facio mani festũ. Ex dilectus frater Johannes de Duderstat monachus ordinis Carthusieñ. ꝓpe Pragam frater vester vterinus: me us aũt religione et amicicia speciali. xiiij. Kl'. Augusti. valla tus fratrũ p̃sentia numerosa: vite cursum laudabiliter et feli citer cõsummauit. Atq; cum gaudio spũs: morte pdita: inter minabilis vite gaudia vt firmit' spero introiuit. receptis pus

cum omni deuotione et reuerentia vt decuit omnibus sancte
matris ecclesie sacramentis. Laborauit aūt supradictus fra=
ter Johannes apud nos infirmitate corpis cōtinua a vigilia
penthecostes et vsq3 ad ipsam pene transitus sui horā: viguit
discretōe sensus integritatē retinendo: mortē q̄q3 quanq3 ini=
micam nature nō horruit. Sed visus est potius velut vite ia
nuam affectare. Pro ipso ergo nō est lachrymas fundere qui
de valle ꝓsiliijt lachrymaꝝ. Supest potius ipi regratiari qui
iamdictū fratrē de tot ⁊ tantis huius miserie ꝑcipitijs digna
tus est liberare et in regnū filij dilectōnis sue sicut credimus
transferre manu affluentissime pietatis. Et licet ꝑdictus sibi
ꝓuidere dum viueret sollicite laborauit. Uerumtñ q2 in pre
sentis vite exilio nullus est: luteam inhabitās domū qui non
de terrenis cōtagijs aliquā ꝯtrahat feditatis. Idcirco memo
riam ipsius debitā seruantes in hac pte sibi subuenire cure=
tis suffragijs oprtunis que viuens ꝓ se meruit vtiliter exhibe
ri. Cōmendetis eum orōnibꝫ amicoꝝ ac notorum: et qui sibi
cōsanguinitatis vinculo fuerāt copulati vt ꝓ defuncto vna
nobiscū offerant: offerriq3 faciant preces et hostias salutares.
Que oblata si eisdē non indiguerit defunctus: in sinum ipsa
offerentiū cōuerterent. Sane rogauit me frater vester felicis
memorie mortuus: dum adhuc viueret vt aliquā vobis ex=
hortationē vellem scriptitare. Sed certe fateor ꝓ insufficien
tia mea hmōi admonitōne me potius indigere ꝑsertim cum
apud me nec vita foris resplendeat: nec deuotio intus ardeat
nec scientia suffragatur. Minus ꝑfecto idonee impendit do
ctrinam qui illud docet cuius non est expientiam assecutus.
Ipsius tñ depcantis ꝓuocatus desiderio et fraterna vrgen=
te charitate volo soluere de mea imperitia sicut dñs mihi de=
derit qđ ꝓmisi ex sanctoꝝ dictis aliorūq3 peritorum que scri
psero colligendo. Sed vnde cōgruentius sumā exordiū nisi
a materia iam ꝑtacta. Ait igitur Hieronymus. Ex ex morte
alioꝝ āmoneamur vt idem de nobis cogitemus et nobis ꝓui=
deamus. Juxta illud poete. Tunc tua res agitur paries cum
proximus ardet. Si enim Noe centum annis arcam fabri=
cauit in qua se breui tempore a morte temporali preseruauit:

quanto magis toto tempore vite nostre arcam id est animam nostram que est arca et templum dei preparare debemus vt mortem eternam possimus euitare. Et ideo nos ammonet sapiens dicens. Memorare nouissima tua et ineternum non peccabis. Unde Prudentius libro de conflictu viciorum et virtutum. Horreo peccare quia nam torquentur amare qui peccauerũt iamq3 dolore luunt. Sibilla in oraculo prophetico loquens de die mortis sic ait. Mox dolor eueniet quem mens nunc omnis abhorret. Ouidius in meth. Cruciat et terret: summi nos iudicis horror. Nam dignum morte iam nostrum quisq3 peregit. Et Sedulius in carmine pastorali. Prouenit immanis timor ex horrore gehenne. Felix qui timet hũc qui declinauerit inde. Hinc Iuuenalis libro sexto. Grauida prescimus: vite tormenta sequentis. His vri penis: peccator horreat omnis. Isidorus etiam in libro de constancia et virtute dicit. In bonis actibus exercitari necesse est sacras mentes: scimus enim horrenda spectacula figuras horribiles bestiarum peccatrici anime in suo exitu occurrentes. Nam secundum Gregorium libro sexto moral. Antiquus hostis ad rapiendum peccatorum animas tempore mortis crudelitatis effrenatur violentia. et quos viuẽtes blandicijs decepit: seuiens moriendo rapit. Audire ergo debemus tonitruum sacre scripture dicentis. Ubi te inuenio ibi te iudico. Et illud. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal christi vt recipiat vnusquisq3 prout gessit in corpore. secunde Corintheo24. quinto. Opera enim illorum sequuntur illos. Et Apocalips. decimoquarto. Hec vos excitent a sopore cogitantes iugiter quam nimis sit horribile et amarum peregrinari in patria tenebrarum. Refert enĩ Eusebius in libro de quinq3 milibus coronatorum. Ex Cirinus beato Fulgentio episcopo orationi prolapso apparuit in tormentis dicens. Dulcis inquit affatus tui colloquij me decepit: horrorez vtinam mihi incussisses et a peccato ob quod hec patior vtiq3 retraxisses. Guido in quarto sermonum opusculo sic inquit. Utinam timor et tremor superueniant peccatori vtinã omis

miseria et molestia ipsum terreant et a peccato retrahant: quē tam dura loca infernalia tormenta horrida gehennaliaq; expectant. Ideo docet nos sapiēs ꝯsiderare nouissima nr̄a vt nō peccemus sed semꝑ parati simus: hoc est vt ipsam mortē ante mentis oculos iugiter habeamus: et nos ad ipsam letanter suscipiendā iugiter preparemus atq; disponamus. Sed quid de memorie mortis vtilitate: simulq; de aīe peccatricis egressione a corꝑe Petrus damiani scribat hic puto nō incōgrue annotandū. Ait enī sic in ep̄la ad Blancam olim Comitissam. Ad euitandū sane tentationum certamina nullus mihi videtur validior clipeus q̄ʒ meditatio mortis ac extremi terror examinis. Et subdit. Pensandū quippe est cū iam peccatrix aīa a vinculis carnis incipit absolui q̄ʒ amaro terrore cōcutitur: quantis mordacis ꝯscientie stimulis laceratur. Recolit vetita que cōmisit. vidit mandata que implere ꝯtempsit: dolet indulta penitentie tp̄a sese inaniter ꝑcepisse. plorat immobilē districte vltionis articulū imminere ineuitabiliter Manere satagit. ire cōpellitur. recuꝑare vult perdita nō auditur. Post terga respiciens totius transacte vite cursum velut vnū breuissimuʒ deputat itineris passum. Ante se oculos dirigit ⁊ infinite ꝑhennitatis spacia depꝛhendit. Plorat itaq; q2 intra tam breue spaciū acquirere potuit oīm leticiam seculorum. deflet etiā se ꝓpter tam breuis illecebre voluptatē inenarrabilem ꝑpetue suauitatis amisisse dulcedinē. Erubescat q2 ꝓpter illā substantiā que vermib9 erat obnoxia: illam neglexit que choris erat angelicis inferenda. Jam radios mentis attollit et cum diuitiaꝝ immortaliū gloriā ꝯtemplatur: eam ꝓpter vite huius inopiam ꝑdidisse ꝯfunditur. Cumq; sub se reflectit oculos ad huius mundi cōuallem terrāq; caliginem sup se vero miratur eterni luminis claritatē: liquide depꝛhendit quia nox erat et tenebre qd̄ amauit. O si rediuiuū penitētie tempus mereri potuisset q̄ʒ dure ꝯuersatōnis iter arripet. Qualia et quanta ꝓmitteret quantis se deuotionū vinculis innodaret. Interea dum ebescentes oculi cōtabescunt. dum pectus palpitat: raucum guttur anhelat: dentes paulatim nigrescunt et quandā eruginē ꝯtrahūt. pallescūt ora; membra

cuncta rigescunt. Dum hec vtiq; et hmōi tanq̃ vicine morti pcedentia famulantur officia: Assunt omnia gesta simul et verba: nec etiā ipse cogitatōnes desunt. et cuncta hec amarū aduersus auctorem testimoniū reddunt. Coaceruantur omnia ante respuentis oculos: et que cōspicere refugit coactus et victus attendit. Adest p̃terea hinc horrenda demonum turba. Illinc virtus angelica. In illo qui medius est liquido deprehenditur cui pti iure possessionis vendicetur. Nam si pietatis in eo videntur insignia: inuitatōis angelice blandicijs delinitur. Atq; armoniace melodie dulcedine vt exeat puocatur. Ex si eum sinistre pti meritoꝝ nigredo et feditatis squalor adiudicet: intolerabili mox terrore ɔcutitur: repentini impetus violentia pturbatur: p̃cipitanter inuaditur: ac de misere carnis ergasculo violenter euellitur: vt ad eterna supplicia iam cum amaritudine ptrahatur. Jam vero post egressionem de corpe quis explicare valeat. quot armate iniquoꝝ spirituum acies in insidijs lateant: quot frementes cunei feralibus telis instructi iter obsident: et ne transire libera possit aīa: velut militari modo cōstipate legiones oppugnant. Hec et hmōi frequēter in corde versare: quid est aliud q̃ lenocinantia vite huius blandimenta respuere: mundo repudium dare: illicitos motus carnis elidere: soluq; pfectionis adipiscende ppositū indeclinabiliter custodire. Hucusq; Pe. da. Hec igitur charissime tam horrenda mala peccatoribꝫ ineuitabiliter imminentia sollicite cōsiderantes. festinantius agite et negocio salutis vr̄e vigilantius tempestiuiusq; insistatis: ne tunc incipe velitis cum velle nō possitis. et ne ppositi vr̄i: si qd salubre forsitan cōcepistis executionē mors inopinata pueniat. Nam q̃ oportunitatē deserit: oportunitas eum fugit. Ideo admonet scriptura: dicens. Ne tardes conuerti ad dn̄m: et ne differas de die in diem. Et iterum. Ante languorē adhibe medelam: et ante iudiciū para iusticiā. Venit enī tpus in quo nihil poterimus opari neq; pmereri. Unde hortatur nos iterū scriptura dicēs. Quodcūq; pt manus tua instanter opare. quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erit apud inferos quo tu pperas. Hinc ait Bern̄. sermone. iij. de cena dn̄i.

Epistola

Cum de iure conditionis humane oēm hoīem exire oporte-
at ad opus suū et ad opationem suam vsqꝫ ad vespam et scri
ptura nō possit solui. Necesse est vt vnusquisqꝫ dum in cor-
pore viuit opari nō cesset: quod sibi expediat ineternū. Nam
cito veniet tpus et hora quo labor oīs et vniuersa cura la-
boris cessabit. Et tunc oīs homo scdm suum laborē mer-
cedem habebit. O charissime si diligenter cōsideremus ꝙ tē
pus nrm est sicut vmbra et ꝙ oīa ista vana cito transierūt
et ꝙ pro vnoquoqꝫ mortali peccato datur homini pena eter-
na in qua erit vermis rodens. Cōscientia vrens. tenebre pal-
pabiles: demones horribiles. ignis inextinguibilis et aqua
niuium intolerabilis. Ubi tota hoīs miseri substantia deuo-
rabitur inextinguibilibꝰ flammis: nec erit suppliciorꝝ modus
vel intermissio siue finis. Nam finis ibi semꝑ incipiet: mors
nō morietur: nec defectus deficiet vt damnata hoīs cōditio
semꝑ in doloris materiā et mortis eterne pabulum recidiuet.
Puto ꝙ omnia ista tꝑalia nobis tanqꝫ stercora vilescerent et
ad gaudia eterna vehementi desiderio tenderemus. Breuem
igitur vitam istā sua ↄtemptibilē breuitate: dolosam lubricā
et ruinosam: ad penitentiā cōcessam: in melius dum tpus cō
ceditur ↄmutemus. Nam qui penitenti ꝓmittit veniā diffe-
renti diem crastinū nō spopondit. Nemo enī de vite diutur-
nitate securus est testimonio scri… Cum dixerint pax et se
curitas tūc repentinus supuen… interitus. Et dies dñi hoc
est mors subito dum non sper… latenter sicut fur in nocte
subintrat. qñ credūt reprobi s…arius in suis voluptatibꝰ ꝑ-
manere. Bern. Dum enī homo libenter ac iocundissime mo
ratur in mundo diu se victurū arbitratur ac multa in longa
tpa disponit agenda. Subito rapitur in morte et ex impro-
uiso aufertur a corpe. Mors aūt subita et incerta remedium
pnīe freqnter anticipat: et ita sine vera pnīa decedens demo
nibus traditur cruciandus sine fine. Que ergo nos angit ve
sania viciorꝝ sentire absinthiū: huius mundi sequi naufragi-
um: vite labentis pati infortuniū: impie tyrannidis ferre do-
minium et nō magis cōuolare ad sanctorꝝ felicitatē: ad solen
nitatem supne leticie. Ad angelorꝝ societatē. Ad iocunditatē.

contemplatiue vite vt possimus intrare in potentias domini
et videre superabundantes diuitias glorie sue: et inestimabi-
lis misericordie sue atq; bonitatis. Tollenda igitur est mora
que ad se trahit periculum illius rei potissimum cuius precio
non est res aliqua comparanda. Non vos detineat mundus
neq; decipiat. Fallax est enim hic mundus vita breuis: finis
dubius: exitus horribilis. iudex terribilis: pena infinibilis.
Verba sunt Petri bles. Nec sequamur quo nos traxerit ca-
ro fatua. Ceca enim est: et si nobis quod absit ducatum pre-
stiterit secum in mortis foueam nos deuoluet. Unde aposto-
lus ad Romanos. Si secundum carnem vixeritis moriemi
ni scilicet morte eterna. Idem. Qui in carne sunt deo placere
non possunt. Idem. Vidua que viuit in delitijs mortua est.
Secundum carnem viuit qui cõmedit quando vult: bibit
quando vult: dormit quando vult: et habet gaudiũ quando
vult et q̃diu vult. Et qui plus viuit carni q̃ deo est in pecca-
to mortali si in hoc magis delectatur. Ut dicit Aug⁹. Item
beatus Bernhardus. Ille non scdm deum sed scdm se viuit
qui si poterit est cum quibus vult: pergit quo vult: mandu-
cat et bibit quando vult et quod vult et inquantum vult. Ri-
det et iocatur inter quos vult et vbi et quando vult. Postre-
mo quicquid narib⁹ suaue est: quicquid tactui blandũ quic-
quid oculis delectabile: quicquid ceteris membris ac sensib⁹
carnis sue iocundũ exercet et sequitur. Ille vero qui scdm de
um viuit: non qd eum carnaliter delectat sed qd spiritualiter
edificat facit et quicquid cupit et agit non vult ex sua sed ex
dei voluntate maiorumq; suorum iussione procedere. Cum
igitur vt ait Bern. eternam vitam p̃ciosis rebus impugnas
et adornas quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt
in sepulchro: aĩam vero tuam nõ ornas bonis opib⁹ que deo
et angelis eius presentanda est in celis. Quare animã tuam
vilipendis et ei carnem p̃ponis. dominã ancillari et ancillam
dñari magna abusio est. Idem. Noli attendere quid caro ve
lit sed quid spiritus poscit. Tunc enim gloriosus erit cum ad
suũ dñm redierit. ita tamen si de carne nihil secũ tulerit et de-
terserit omne sordidum. Si vero dicis. Durus est hic sermo

non possum mundum spernere et carnem meam odio habere. Dic mihi vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tpa nobiscũ erãt nihil ex eis remansit: nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt vel quid fuerunt. hoĩes fuerunt sicut et tu. cõmederunt biberũt riserunt: duxerũt in bonis dies suos et in puncto vite sue ad inferni nouissima descenderunt Hic caro eorũ vermib9 et illic anima ignib9 deputa᷑. donec rursus infelici collegio collegati. sempiternis inuoluan᷑ incendijs qui secũ fuerũt in vicijs. Una nanq3 pena implicat quos vn9 amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria. breuis leticia mundi potentia. carnis voluptas. false diuicie. magna familia et mala concupiscentia. vbi risus vbi iocus. vbi iactantia. vbi arrogantia. de tanta leticia. Quãta tristicia. Post tantã voluptatẽ tam grauis miseria de illa exaltatione ceciderũt in grandem ruinam. magnam miseriam et magna tormenta. Quod illis accidit tibi accidere põt. quia homo es homo de humo. limus de limo. De terra es. in terra viuis. ad terrã reuerteris. quando veniet dies vltima que subito veniet. et forsitan hodie. Certũ est quia morieris. sed incertum est quomodo vel quando vel vbi. quoniam mors vbiq3 te expectat. tu quoq3 si sapiens fueris vbiq3 eum expectabis Si carnem sequeris. punieris in carne. Si curiosos vestes queris. pro ornatu vestiũ subter te sterne᷑ tynea et operimentum tuũ erit vermes. Justicia enim dei aliud iudicare nõ potest nisi qđ merentur opa nostra. Qui diligit plus mũdum q̃3 deũ seculum q̃3 claustrum. gulã q̃3 abstinẽtiam luxuriam q̃3 castitatem. sequitur diabolum ⁊ ibit cum eo in supplicium eternum. Quis putas tũc meror erit: quis luctus: que tristicia: cum sepabuntur impij a consortio sanctoꝝ et a visione dei et tradentur in ptãtem demonũ ⁊ ibunt cum ipsis in ignẽ eternũ: ibiq3 semp erunt sine fine in luctu et gemitu. ⁊c̃. Uide que sequuntur in meditatõnib9 Berñ. c. vij. Ubi loquuntur de reproboꝝ penis in inferno ac supplicijs nunq̃3 terminandis: que supplicia atq3 tormenta tanta ⁊ talia sunt vt nemo valeat explicare. immo quicquid p̃t horribile in mundo excogitari penis inferni nulllatenus valet comparari. Sed quid

mirum cum s̄m Aug⁹. Ignis purgatorij grauior sit q̄ quic quid homo p̄t pati in hac vita. Unde btō Cirillo interrogā ti ab vno a morte resuscitato et incōsolabiliter lachrymante: cur tam dire fleret respondit dicēs. Si que pridie sum exper tus nō ignorares sed scires tibi semp inesset fletus causa. Et addidit. Quales inquit credis penas ⁊ tormenta nō solū da= mnatis sed etiā in purgatorio existentib⁹ p̄parari. Et paucis interpositis. Si omnes in mundo cogitari possent pene tor= menta et afflictōnes minori que illic habetur pene nō cōpa= rarentur. Omnes que hic videntur pene et tormenta solacia erunt. Mallet enī quilibet viuentiū si illas expientia nosce= ret penas vsq̄ ad finem mundi omnib⁹ his simul sine reme= dio cruciari penis: et quas omnes hoīes ab Adam vsq̄ huc sigillatim ptulerunt aduri: q̄ vno die in inferno siue in pur= gatorio minori q̄ illic habetur pena torqueri. Et ideo si cau= sam mei interrogas fletus: timor penaꝝ est que peccatorib⁹ iu ste dantur. Scio nanq̄ me erga deū meum peccasse ⁊ ipsum iustum fore nō dubito: qua de re nō mireris si plango cū po= tius si nō plangerē vehementer admirari deberes. Sed po= tius admirare quare hoīes qui se mori nō dubitant saltē ali= orum experimento nō cogitant tantas euadere penas sed tan= ta hic securitate viuūt. De hac materia legi nōnulla exem pla de quib⁹ specialiter vnū subiungo satis autenticū qd̄ Al bertus magnus sibi ab his qui rem familiariter nouerāt tra ditum ferebat. Erat vir fidelis et bonus qui post diutinā pe= nitentiam quā sanus fecerat incidit in languorē grauissimuꝫ quo per annū non modice tribulatus rogauit cū lachrymis dn̄m vt tanto languori finem impenderet et imponeret data morte. Nec mora: missus ad eum angelus dn̄i dixit ei. Exau diuit dn̄s p̄cem tuam sed eligas quod vis. Aut tribus dieb⁹ purgatorij pena torqueberis et nunc decedes: aut si adhuc p annum in languore manere volueris sine nullo purgatorio ad superos euolabis. Tūc ille penam p̄sentem recolens nec futuram aduertens respondit. Mori potius eligo et nonduꝫ tribus dieb⁹ sed quantū dn̄o placuerit in purgatorio tribula ri. Fiat inquit angelus scd̄m verbū tuū. Nec mora languēs

morte solutus est et eius aīa in purgatorio deportata. Uno ergo exacto die venit angelus ad locū purgatorij vbi aīa torquebatur ⁊ dixit ei. Quid nūc agis o aīa q̄ ꝓ languore vnius anni trib⁹ dieb⁹ elegisti in purgatorio detineri? Cui aīa: O seductor nō angelus q̄ me in penis multoꝝ annorū curriculis ꝓ triū dierū spacijs fefellisti. Et angelus. Nō a me sed inestimabili tortura decepta es: q2 nō nisi vnā diem de trib⁹ in purgatorio peregisti. Tñ adhuc si retractare volueris qd̄ elegisti dñs miserebit̄ tui vt ad corpus tuū qd̄ nondū sepultū est reporteris vt ꝑ annū languorē quē exptus es patiaris. Cui aīa Annuo inquit nō ꝑ annū tm̄ s3 in finē mundi languore etiā detinear acriori. Hoc dicto aīa reportat̄ ad corpus ⁊ ꝑ annū vnū detenta languore: multos quib⁹ hoc retulit ad penitentiam animauit. Et post annū vnu3 iterato defunctus transijt ad sup̄na. Hinc ait Aug⁹. Si talis est pena purgatorij magis est exquisitissimis martyrū tormentis. et tm̄ sicut ignis iste pict⁹ in ꝑiete respectu ignis visualis: sic ignis nr̄ respectu purgatorij: et purgatorius respcū inferni. Alia plura de hac materia exēpla at3 penaꝝ purgatorij ⁊ inferni descriptōes in diuersis libris reꝑiunt̄ q̄ hic diutius ꝓseq̄ ep̄laris breuitas nō ꝑmittit. Sed q2 parū ꝓdest mala p̄dicta pctōrib⁹ imminentia atq3 ꝑicula intelligere: nisi etiā sciat̄ q̄liter debeant euitari. Ideo vtile iudicaui ipo q̄ inspirauit opitulāte post p̄dicta q̄sdam doctrinulas ānotare qb⁹ diligēter obseruatis facile erit iuuāte dño a pctīs p̄sertim mortalib⁹ abstinere: tentatōib⁹ resistere: inferni laq̄os effugere ⁊ viuere v̄tuose. Et sunt he. Discreta in cibo et potu abstinētia. Fugere carnaliter viuentiū atq3 mulieꝝ ꝯsortia. Sacrā scripturā et orōe3 freq̄ntare. Uitam ⁊ statū ꝓpriū ꝯtinue discutere atq3 pōderare. Primo ergo oīm ꝑ virtutē abstinētie necesse est gulā refrenare Hec est s̄m traditōe3 sctōꝝ patrū p̄ma pugna quā deuincere nos oportet Et quāto min⁹ supata fuerit tāto validiora sunt cetera vicia ꝯtra nos et nos debiliores ꝯtra ea. Per gulā nāq3 pctm̄: et per pctm̄ mors intrauit in oīne genus humanū. Uñ ⁊ saluatorē nr̄m diabolus p̄mo ꝑ gulā tētauit q̄si ianuā alioꝝ vicioꝝ, inde aditū querēs ad vlteriora. Gula siquidē porta est ꝑ quam

totus exercitus diaboli intrat. Si quis vult cape castrũ festinat portã occupare. Nã q̃ habet portã castri defacili hʒ et castrũ. Per portã oris diabolus totam familiã suã introducit. Ideo ad portã oris custodia est p̄mitus tenẽda ⁊ ponẽda: nisi enĩ p̄us gula refreneť frustra ꝯtra alia vicia laborať. Nequaq̃ pt q̃s dñari ceteris vicijs nisi prius ingluuiẽ vẽtris restrinxerit neq̧ virtutẽ aliquã attingere nisi p̄us curet gulã edomare. Vñ Greg. li. iij. moral. c. xxij. Nisi gula sit deuicta nõ vincitur aliqđ viciũ. Idẽ. Nullus palmã spũalis certamis apꝑhendit q̃ nõ in semetipo p̄us ꝑ afflictã vẽtris ꝯcupiscentiaʒ carnis incẽtinea deuicerit. Neq̧ ei ad ꝯflictũ spiritalis agonis assurgiť si nõ p̄us intra nosmetipsos hostis positus gule videlʒ appetitus edomať. Quia si nõ ea q̃ viciniora nob̄ sunt ꝯsternim⁹ nimirũ inaniter ad ea q̃ longius sunt impugnãda trãsimus. Incassum nãq̧ ⁊ ꝯtra exteriores inimicos in cãpo bellũ geriť si intra ipa vrbis menia ciuis insidiãs hẽť Et subdit paucis interpositis. Nõnulli vero ordinẽ certamis ignorantes edomare gulã negligũt ⁊ ad spiritalia bella ꝯsurgũt. Qui aliq̃n multa etiã q̃ magne sunt fortitudinis faciũt sʒ dominãte gule vicio ꝑ carnis illecebrã oĩe qđ fortiter egerit ꝑdunt. Et dũ vẽter nõ restringiť ꝑ carnis ꝯcupiscentiã: siť cũcte ꝟtutes obruunť. De his dicit Seneca. Uentri inq̃t obedientes aĩaliũ loco annumeranť nõ hoim. Idẽ. Nemo liber q̃ et corpi suo seruit. Si regeris aĩo rex es. Si corpe seruus. Idẽ. Si vis tibi oĩa subijcere: subijce te rõni. Multos enĩ reges si rõ te rexerit. Nihil enĩ est hoĩ bonũ sine se bono. Idẽ. Qui in ꝟuitutẽ redigit carnẽ suã pure mẽtis erit: q̃ aũt nutrit eã dolebit sup eã. Boeti⁹ li. de trini. Nihil hoĩ dignius si origiñe suã q̃ ex deo est imitať. Nihil hoĩe vilius si carni sue q̃ lumẽ mẽtis opprimit ꝯformať. Cõmittitur aũt peccatuʒ gule specialiter trib⁹ modis. Primo q̃n non seruatur debitũ tp̄us in sumendo alimẽta: et q̃n sepius q̃ʒ decet ꝯmediť p̄ter necessitatem more pecudũ. Scđo q̃n ꝑ expletõne vẽtris quarũlibet escaꝝ varietate quis letatur: plus sumẽs q̃ʒ sit necesse ex incõsideratõe vel delectatõe gule potius se implens q̃ʒ reficiens. Tercio q̃n accuratiores et delicatiores cib⁹s quis desiderat

et nimis lauta querit et exquisita. De his trib⁹ specieb⁹ et qua libet eaꝝ diuerse ac pessime egritudines aīe ꝛ corpis generantur ꝛ suscitantᷓ homini ex his igniti aculei ꝑnitiose libidinis. Quia ſm Hieronymū. Venter mero estuans faciliter spumat in libidinē. Exinde etiā sequitᷓ somnolentia torpor corporis. Siquidē ciboꝝ repletio pigrū reddit qꝛ vas plenum ponderosum efficitᷓ. Ebetatur etiā intellect⁹ ꝛ affectus deuotionis obruitur et restringitᷓ: necnō agilitas retardatur. Item ex sup̱flua repletōe ventris maxime ex tercia specie supra posita vt dicit quidā doctor. gignitur mentis eneruatio et interni vigoris ablatio. Quia certū est ꝙ quicūqꝫ a leui ꝛ momētanea delectatōe gutturis vincitᷓ: multo fortius sup̱atur a maiori delectatōe lumē rōnis absorbente. Cōstat enī tam ſm sanctos qꝫ ſm pħos ꝙ delectatōe venerea lumē rōnis eclipsatᷓ et totus hō brutalis efficitᷓ. Et ideo nunqꝫ poterit ardentis concupiscentie stimulos cohibere: q̄ desideria gule refrenare nequiuerit. vt dicit Joħ. Cassy. in libro institutionū. Hinc ait Jo. Abbas de monte synai. Qui suū ventrē nutrit ꝛ fouet et cōtendit spm̄ vincere fornicatōis silis est volenti cū oleo incendium extinguere. Bern̄. ser. viij. de Cena dn̄i. Stulte inquit de flore castitatis se iactat qui ꝯtra illa q̄ de carne et sanguine nascuntur peccata ꝑ afflictionē carnis et ꝑ purgatōꝫ mentis nō fortiter instat. Ut igitur castitas vigeat in mēte caro macetetur in abstinētie falce. Nō enī est illi ꝑcendum si spūs scti fieri volumus templū. Facilimū et delectabile esset adiūcto amoris dei cōdimento scdm naturā viuere si insania nr̄a nos ꝑmitteret. vt dicit Bern̄. Discamus ergo ne in sumendis alimentis corpis gule magis qꝫ necessitati seruiatᷓ. Nutrienda nāqꝫ est caro vt in bono nobis oꝑe famulando sufficiat: non aūt vt ꝑ sacietatē ad iniquitatē turpirudinis ꝓrumpat. Porro mens ieiunantis orat vigilanter et sobrie. non abstinentis vero repletᷓ idolis immūdis. Abstinentia vt ait Sidonius vitā ꝓlongat. castitatē ꝯseruat. deum placat. demones expugnat. intellectū illuminat. mentē corroborat. vicia domat. carnem exsupat. cor ipm in dei amorē ꝑtrahit ꝛ inflāmat. Unde dn̄s docere volēs aīam desiderijs ꝛ voluptatib⁹ suis resistere

dicebat. Intrate p angustã portam qꝛ lata ꝛ spaciosa via que ducit ad mortẽ. Angusta aũt et arta via est q̃ ducit ad vitã. lata est ergo via aĩe cũ qualicũqꝫ desiderio suo satisfecerit. Angusta vero est cũ voluptatibꝫ repugnat. Remediũ efficax ꝯtra gulã est a se remouere et nõ habere vñ possit gule satisfacere vel ipam ꝓuocare. Facilius enĩ abstinem⁹ a delicatis cibis et potibꝫ ꝛ a sup̄fluitate seu immoderantia qñ non habemus nec videmus gule irritamẽta q̃ꝫ cũ eis abundam⁹. Vñ Abbas Serapion in collatõne. p. Puritati inq̃ꝫ studentibꝫ plurimũ ꝓfert vt carnaliũ passionũ ipas materias sibi p̄mitus subtrahãt quibꝫ p̄t vel occasio vel recordatio earundem passionũ egrotãti adhuc aĩe generari. Nã corpĩ ne ꝯcupiscẽtia in effectũ tentet ꝓrumpe: necessario effigies ꝛ materia alliciens subtrahẽda est. Ad has aũt occasiones euadendas maxime valet fuga seculi: qꝛ ꝯuersari in mũdo ꝛ esse a pctõ mundum: valde est difficile et rarum. qꝛ multe sunt in seculo occasiones p quas hõ trahit̃ ad vicia et retrahit̃ a sctã ꝯuersatõe. Valet etiã ꝯtra tam delectatões gule q̃ꝫ etiã cõtra alias voluptates viciosas. Considerare q̃ꝫ cito ptransit: q̃ꝫ breuiter durat et q̃ cũ transacta sit est q̃si nunq̃ꝫ fuerit: et relinquit post se vestigia male ꝯscientie ꝛ penitudinis ꝛ ꝯfusionis et debitũ suppliciorꝫ et meriti detrimentũ. Unde cũ delectamenta carnis et mundi q̃s appetit: ponere debet in corde suo ac si iã habuerit ꝛ satiatus sit et hora p̄terierit. qꝛ voluptas p̄terita est q̃si somniũ noctis transacte. immo ꝯtemptibilior qꝛ malã conscientiam facit ppetrata voluptas: euitata vero facit ꝯscientiam letam. Plura alia sunt remedia cõtra gulã ceteraq̃ꝫ vicia carnalia que p̄termitto modo qꝛ nimis nos in alijs retardaret. Secunda cautela habenda ad facile vitandũ peccata et laqueos tentatõis: est euitare ꝯtuberniũ et societatẽ carnaliter viuentiũ atq̃ꝫ viciose: ne eorꝫ exemplo ad silia ptrahatur Prouerb. Qui se iungit fornicarijs erit neq̃ꝫ. Itẽ amicus sceleratorum efficietur silis illis. Proni enĩ sunt sensus hoĩs et cogitatio in malũ. et ideo facilius trahit̃ exemplo aliorꝫ ad illud qd̃ appetit sensus eius carnalis: dum nõ erubescit viciosus videri habens secũ socios miserie sue q̃ꝫ nõ solũ exẽplis

sed etiã ꝑsuasionibꝫ ⁊ irrisionibꝫ trahitur ad pctm̄ et laudatur
pctõꝛ in desiderijs aĩe sue. Et hec est iam ꝓcipua cã quare ita
nũc multiplicata sunt mala in eccĩa. in clero ⁊ in religione qꝛ
studia spũalia defecerũt et ad exterioꝛa studia ⁊ negocia pluri
mi defluxerũt: scꝫ mala ꝯformitas dũ ꝙlibet vult alios imita
ri: siue qꝛ aliud nescit ꝗꝫ qd̓ videt in alijs siue non audet aliter
viuere ꝗꝫ illi cũ ꝗbꝫ ꝯuersaꝝ. Et ex malo timoꝛe vel pudoꝛe ti
met alijs videri dissilis. Siue etiã qꝛ ꝓprius tepoꝛ ⁊ carnalis
libertas gaudet se habere occa sionẽ ⁊ quandã excusatõꝫ apd̓
hoĩes agendi qd̓ libet etiã si nõ licet. Ps. Oẽs declinauerũt
sil' inutiles facti sunt: nõ est ꝗ faciat bonũ nõ est vsqꝫ ad vnũ.
scꝫ ad eũ qui multitudine postpo sita studet vni dño placere et
seruire. Unã petens a dño ⁊ hãc requirẽs vt inhabitet in do
mo dñi mẽte ⁊ ꝯformitate vite qd̓ solũ est necessariũ. Uñ ꝓ
uerbiũ apud hoĩes est. Ex ꝗ cũ lupis esse vult opoꝛtet etiã cũ
vlulare cũ lupis. Uñ btũs Hieronymꝰ. Prope finẽ vite in
ter cetera multa ꝗ docuit hoc ꝗꝫ dixit. Certe nil nocet hoĩ ma
gis ꝗꝫ mala societas. Talis eni efficiꝝ hõ qualiũ societate fru
itur. Nunꝗd cũ agno lupus habitat. Uir castus certe luxuri
osi societatem aufugiat. Plus ꝗꝫ impossibile puto virum di-
utius in bonis permanere operibus qui maloꝝ assidua socie
tate vtitur. Cũ sancto. Psalmista sanctus vociferat. sanctus
eris: et cum viro innocente innocens eris: et cũ electo electus
eris: et cum ꝑuerso ꝑuersus eris. Sicut eni mala nocet socie
tas sic bona ꝓdest. nihil potest equipari huic thesauro. Qui
bonã inuenerit societatẽ vitam inuenit: diuitijs affluit. Certe
dicam nec homo vel bonus vel malus efficitur nisi ob socie
tatis causam. Pueri coꝛ tanꝗꝫ tabula rasa in qua nihil pictũ
est foꝛe dicitur. Illud ergo qd̓ a societate recipit vsqꝫ ad sene-
ctam retinet: siue bonũ siue malũ sit. Raro cum iuuene iuue-
nis habitet: nam ignis si apponatur igni calorẽ nõ extinguit
sed enutrit. Semꝑ et vbiqꝫ delectat sapientia seniorẽ nõ eta-
te sed prudentia sociã existere. Alioquin si stulto societur assi
dua societate de stultitia in stultitiã delabetur. Isidoꝛus in sy
nodo. Bonoꝝ societatẽ require si fueris socius cõuersatõnis
eris et virtutis coꝝ. Greg̃ sup ezechielẽ. Qui sancto viro ad-

heret ex eius assiduitate visionis vsu locutõis: exemplo opis accipit vt accendat in amorẽ virtutis: pctõꝝ suorũ tenebras fugiat. in desiderio lucis exardescat. De hoc etiã dicit Pe. da. in li. de ꝯtemptu secli. Hoc inquit absolute dicimus. qꝛ tãtis insidiaꝝ tendiculis hoc tꝑe mũdus iste densatus est vt quis quis desiderat innocenter viuere ab illius ꝓcessu cautissime se expediat abstinere. Cui⁹ videlicȝ iter si sepe terit ꝓcuratos insidiaꝝ laqueos nõ euadit et tanq̃ȝ arbor munientis se corti cis defensione nudata: nec virtutũ fructus afferre: nec vicioꝝ quasi teredonũ scaturientiũ cariem poterit euitare. Cũ vero ad ꝓprie habitatõis claustra reuertit̃ cõminus illũ q̃si quedã conglobata turba oĩm que viderat vel audierat comitatur vt tumultuantium negociorum strepitum quem illic tolerabat in corpore multo igẽtius multoqȝ importunius hic patiatur in mente precipue si orationi vacare enixius ceperit: ecce fan tasmata cogitationum: ecce imagines quas viderat rerum: ita vt in quolibet angulo constitutus videatur sibi ludis thea tralibus interesse vel inter agitantes forense litigiũ residere ꝛc̃ Et post plura ostendens quantum prauorũ societas bonos ledat. Inter cetera dicit. Malorum nanqȝ cum incaute ami citijs iungimur culpis ligamur. Unde Josephus. qui tot de ante acta vita preconijs attollitur. de Achab regis amicitijs ne piturus increpatur. Cui a dño ꝑ ꝓphetam dicitur. Impio prebes auxiliũ et his qui oderũt dominũ amicicia iungeris et idcirco iram domini merebaris. Sed bona opera inuenta sunt in te eo ꝙ abstuleris lucos de terra iudea. Ab illo enĩ q̃ summe rectus est eo ipso iam discrepat quo peruersoꝝ amici tijs vita nostra concordat. Quem enĩ vox illa ap̃lica nõ terre at qua nos cõtestans et a prauoꝝ contubernio reuocans cla mat. Denuncio vobis in nomĩe dñi iesu vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et quem non scd̃m tra ditionẽ ap̃licã cernitis ambulare. Et paucis interpositis cõ cludit. ꝙ qui cũ sceleratis hoĩbꝫ carnaliter amicitias iungũt: alieni reatus ꝑticipes fiũt etiã si cũ illis sil' nõ admisere pctm̃

Precipue fugienda est familiaritas feminaꝝ. Ecc̃. A vesti mento ꝓcedit tinea et a muliere iniquitas. Hinc Gregorius.

Qui corpus suū ꝯtinētie dedicat habitare cū feīa nō p̄sumat Nā q̄ꝺdiu vitalis calor viuit in corꝑe nemo p̄sumat ignē cō cupiscentie in se penitus extinctū esse. Et sepe videt̄ carbo ex tinctus modica fauilla optus sed si tangit̄ cōburit. diabolus vero cū duos carbones coadunauerit afflat donec eos incē dat. Job. Alitus eius prunas ardere facit. ꝛc̄. Ignitus enim carbo si solus relinquitur extinguit̄. Si cōponitur alteri ex mutuo calore ambo incendunt̄. Et sepe spū inceptus amor ꝯsumat̄ in carne. Ideo hortatur quidā deuotus et intelligēs dicēs. Si vis habere pacē cordis cum deo tūc abscinde a te oēm familiaritatē feīaꝝ. Idem. Si meū ꝯsilium nō spernis cōsulo ne vnq̄ꝫ aliquā singularē familiaritatē cū aliqua feīa ꝯtrahas etiā si religiosa sit et scā: qꝛ ꝑicula carnalis tentatōis ex tali familiaritate sepe accurrūt dum nō cauet̄ malū qd la= tet sub specie boni. Vn̄ Aug⁹. Crede mihi eps loquor: ce= dros libani et gregū arietes ex hoc cecidisse reperi. Ergo cō tra libidinis impetū debes apprehendere fugā. Si vis obti= nere victoriā nec tibi verecundū sit fugere si castitatis palmā desideras obtinere quia sine vlla dubitatione qui familiari= tatem non vult vitare suspectam cito dilabitur in ruinā. Ne mo ergo se falsa securitate decipiat: nec de suis viribus peri= culose presumat: sed audiat Aplm dicentem. Fugite fornica tionem. Nempe cōtra reliqua vicia deo auxiliante debemus in p̄nti resistere: libidinem vero fugiendo supare. Et licet ab om̄i christiano fugiendū est mulierū ꝯtuberniū maxime tn̄ a clericis quib⁹ p̄cipitur ne cū eis habitēt. vt patꝫ. di. xxxij. et est btī Hieronymi. Hospiciū tuū aut raro aut nunq̄ꝫ mulie= rum pedes terant vel tangāt qꝛ nō pt̄ corde toto habitare cū deo q̄ feīaꝝ accessib⁹ copulat̄. Feīa ꝯscientiā secū ꝑiter habi= tātis exurit. Nunq̄ꝫ de mulieꝝ formis disputes. Femine no men tuū nesciāt. Feminā quā bene videris ꝯuersantē mente dilige nō carnali freq̄ntia. Si bonū est mulierē non tangere malū est ergo tāgere. nec de p̄terita scītate ꝯfidas. Neqꝫ enī es dauid sanctior: neqꝫ samsone fortior: neqꝫ salomone sapiē tior. Memento sꝑ q᷑ accolā ꝑadisi mulier de possessione sua eiecit. Itē Lucius papa. Et habet̄. lxxxi. di. Clericus solus

ad femine tabernaculum non accedat: nec frequenter ꝑperet
nec sine maioris id ē plati nutu ac sacerdertotis iussione nec
solus pſbyter cū sola fēia fabulas misceat: nec archidiacon⁹
sub ꝓtextu hūilitatis aut officij frequēter intret domicilia pa
tronaꝝ. aut forte ꝑ clericos aut domesticos matrone mandet
aliq̄d secrete. si agnitū fuerit et ille deponat: et illa a liminib⁹
ecclesie arceat. Item Greg. Volumus vt sacerdotes ꝓhibe-
ri debeant ne cū mulierib⁹ cōuersentur excepta dumtaxat ma
tre vel sorore que caste regende sunt. Item in registro legitur
q̄ btūs Aug⁹. nec cum sorore habitare cōsenserit dicēs. Que
cum sorore mea sunt: sorores mee nō sunt. Docti ergo viri cau
tela: magna debet esse nobis instructio. Item ex octaua syno
do. In omnib⁹ obseruare cōuenit vt certus quis ex certo tp̄e
id est publico et nō occulto vel suspecto. vt. xxxv. q. vi. ab isto.
Et certo loco nō suspectis et certis ꝑsonis. vel apparere cleri-
cus vel loqui debeat mulierib⁹ vt excludatur om̄is nephan
da suspitio. Et certe solum ad solam accedere nulla religio-
nis ratio ꝑmittit. melius enī duo q̄ȝ vnus simul et fidelius et
tutius res geritur. Ve enī vni quia si ceciderit non est qui eri-
gat eum. Si vero cuiuslibet occasionis articulus accidat
vt egrediendi et loquendi cū feminis necessitas imminere vi
deatur: nō mox ad vagandū se leuiter ꝓruat: nō colloquio cō
sanguinitatis agglıscat: nō ad seculi vanitatē animus inca-
lescat. Loquens vero cū feminis caueat ne eaꝝ vultus studi
ose inspiciat vel manus cōtrectet vel nimis ꝓpe sedeat nec eis
leuiter arrideat: nec diligenter cum eis susurret: nec angulos
ad colloquia eaꝝ requirat. Quia hec om̄ia si etiā nihil tenta
tionis ingererent: tñ non effugies notā suspitionis ab alijs: et
facile posses infamie maculā cōtrahere: quā vix postmodum
detergeres cum pudore. Sic habe te cum omni femina ac si
maritus eius et ꝓlatus tuus cōtra te sedeat. cōsiderans et au
diens om̄ia que facis vel dicis vt quicūq̄ȝ superueniat et vide-
at te cum ea loquentē in nullo sit te necesse erubescere: nec ali-
quis possit postea tibi notam suspitōnis impingere. Et sicut
clerici feminaꝝ visitationē debent euitare sic etiā ab earun-
dem spectaculis atq̄ȝ ludis debent se ꝓcul elongare. Nō solū

mulierum: imo et viroꝝ lasciuientium: sicut fiunt in choreis: in nuptijs. in cõuiuijs: in torneamentis ac hastiludijs. in ludo alee scacoꝝ ꝛc̃. Clericis nõ licet chorisare ꝭm Albertũ in iiij. di. xvi. et ꝑ ꝯseqñs nec debẽt assistere. Vñ Hieronymus. in quadã ꝺ mel'. Non credo viro si dicat se illesum euasisse a spectaculis taliũ cum Dauid ex eo ꝙ vidit Bersabee lauantem se ad libidinẽ ꝓuocatus sit. A ꝑsonis vero secularibꝫ pñt qñq꜄ choree fieri licite si fiant ex causa alicuius honeste leticie: et nõ corrupta intentione scꝫ ad ꝓuocandum libidinẽ vel hmõi: et si nõ fiant in congruo tꝑe vt tempe tristicie et penitẽtie et in diebꝫ dñicis ac ceteris festis. Quia ꝭm Aug᷒. Melius est id ẽ min᷒ malũ diebꝫ dñicis ac alijs festis arare ꝛ foderec꜄ choreas ducere. Et dicit Guihelmus ꝙ mortaliter peccent ducentes illicitas choreas siue in festis siue in profestis. Timeo ꝙ rarissime fiant sine graui peccato. Ꝙ etiã clerici nõ debeant nuptijs interesse patet. xxxiiij. di. vi. quibꝫ aũt. vbi dicitur. Quibꝫ aũt ꝓpria cõiugia ꝓhibentur interdicitur etiã nuptialibus cõuiuijs interesse. Unde in Agathensi. cõcilio legitur. Presbyteri diacones subdiacones vel deinceps id est ceteri quibꝫ ducendi vxores licentia nõ est: alienaꝝ etiã nuptiarum euitent cõuiuia. nec his cetibꝫ misceantur vbi amatoria cantantur et turpia et obsceni motus corporũ choreis et saltationibus efferuntur. ne auditus et obtutus sacris ministerijs deputatus turpiũ spectaculoꝝ atq꜄ verboꝝ cõtagione polluatur. Ubi dicit glosa. Si clerici fuerint in aliquo cõuiuio et adueniant ioculatores surgant et recedant de mensa. vt de cõse. di. v. nõ oportet. Ubi dicit᷑. Nõ oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibꝫ que in nuptijs aut in cenis exhibentur interesse: sed antec꜄ temelici ingrediãtur id est cantatores cum instrumentis qui ministrant ludentibꝫ surgere eos de conuiuio et abire debere. Aug᷒. in sermone de nuptijs. Hoc inquit est esse verissime christianũ: toto animo odisse aut damnasse que seculũ diligit. Amat enim sermones impudicos diligit saltatões et motus incõpositos. Illa si fugiat christianus etiã q̃ m̃rimonio iungitur magnã gloriã sibi acquirit etiã inter sanctos dei ꝯnumerat᷑. ꝛc̃. Silr ludus alee

et oīs talis q̄ innititur fortune ꝓhibitus est ſm leges. Et dicit Raymundus. Quicūqꝫ ludūt ad aleā vel taxillos vel q̄ ludo intersunt vel sunt ꝑticipes vl' inspectores ludi peccāt ⁊ maxie si sunt clerici. Et est ꝑncipaliter ⁊ ꝑse pctm̄ auaricie siue rapine et est cā multoꝝ pctōꝝ. Tales eni pctā multa ꝯmittūt qꝛ male cupiūt: mentiunt̄: ociose loquunt̄. puirant: blasphemāt. decipiūt: tpus amittūt: et ꝓhibitionē ecclesie transgrediūtur: et multa alia mala ꝯmittunt. Et dicit Guil'. Ex ludus alee sit pctm̄ mortale maxime si ex auaricia ludit. vel si clericus sit.

Sꝫ nūc redeamus ad illud vnde aliq̄liter digressi sumus. Quisquis ergo ad supne patrie municipiū ꝓperat studeat aut male blandimētis mūdi ꝓmissa respuere: abhorreat se sub q̄libet specie actionū seculariū laqueis irretire. Illō ad memoriam reuocet qō scriptū est. Caue ne in multis sint actus tui: secularib⁹ relinquant̄ secularia: disponere satis sit seruis dei pituro huic mūdo se mortuos exhibere. Hinc Pe. da. Si inquit abominandū ducis aīam tuā fedis ⁊ violentis corꝑib⁹ subiacere: secretū appete: recessum singularitatis inquire. Aures ⁊ oculos a negocioꝝ seculariū vanitate firmiter obstrue. Carnaliū hoīm colloqa destructōi magis q̄ꝫ edificatōi ꝓfutura cōtemne. Nā iuxta Salomonis dictū. Qui tangit picē coinquinabit̄ ab ea. Intra ꝯsciētie ergo tue te cubiculū collige. Cūctis domus tue forib⁹ cūctis videlicꝫ ⁊ sensib⁹ censorie discipline repagula ne q̄s ingrediat̄ oppone ⁊c̄. Idem. In cōclaui scē ecc̄ie aīa se pudica ꝯcludat sicqꝫ interni regis thalamo iugiter requiescat. nō carnaliū ꝓpinquoꝝ: nō ꝯplicū q̄rūlibet reqrat affectus: sꝫ solius veri sponsi delectet̄ amplexibus. Itē Bern̄. sup Cant. ser. xl. Sede solitari⁹ sicut turtur: nihil tibi ⁊ turbis: nihil tibi cū multitudine ceteroꝝ. etiācꝫ ipm oblivisci ere ꝑplm tuū ⁊ domū pr̄is tui ⁊ ꝯcupiscet rex decorē tuū O scā aīa sola esto vt soli oīm serues teipsam quē tibi ex oīb⁹ elegisti: fuge publicū: fuge ec̄ ipos domesticos: secede ab amicis ⁊ intimis etiā ab illo q̄ tibi ministrat. An nescis te verecūdū hr̄e sponsum et q̄ nequaqꝫ suā velit tibi indulgere p̄sentiā p̄ntib⁹ ceteris. hec Bern̄. Hinc ait q̄dā. Si optabilē cūctis vite spūalis ꝑfectōꝫ habere desideras si viriliter ipaꝫ aggredi

ad ea sine quibus non est salus. Et ad hoc accedat auctoritas Christi Luce. xviij. Oportet semper orare. Super quod dicit Crisosto. Oportet. necessitatem dicit. Ad vocalem vero orationem seu cum cantu non tenetur quis ex precepto diuino sed ex statuto ecclesie: que missas et horas canonicas indixit ministris ecclesie: vel ex iniunctione confessoris pro satisfactione penitentie. Concordat Tho. in. iiij. di. xv. Oratio priuata potest esse vocalis vel sola mentalis vt dictum est. Vocalis dupliciter vno modo quando fit per verba composita et vsitata sicut cum psalmos: hymnos: Collectas vel antiphonas orationes vel laudes compositas ad excitandam deuotionem vel soluendum debitum recitamus. Intente autem et distincte debent recitari vt orationis formam et meritum possint habere maxime in horis canonicis et debitis persoluendis Qui cum principe terreno loqui et pro sua vtilitate rogare desiderat: linguam et mentem oculos et mores compositos habere laborat: et attendit quod ordinate proferat verba ne per indisciplinam preces suas viles faciat et ingratus principi propter insolentiam fiat. Cum oramus coram magnis principibus scilicet angelis apud summum regem deum contra aduersarios nostros demones causam nostram proponimus qui studiose obseruant si in aliquo nos possent accusare vt causa nostra minus fauorabilis reddatur et petitio nostra casset. Ut autem magis attente oremus pedes manus oculos aures mentem sub discipline custodia teneamus. Pedes ne leuiter discurrant. Manus ne alijs occupentur. Oculos ne curiose vagentur. Aures ne auscultent que ad rem non spectant. Mentem ne cogitet alia quam quod orat vel psallat Ne nobis dicatur illud Matth. xv. Populus hic labijs me honorat cor autem illorum longe est a me. Ciprianus. Quomodo te audiri a deo postulas cum teipsum non audias. deum tui immemorem esse vis cum tui memor esse nescis. De attentione ad orationem et mentis euagatione post modicum videbimus. Alius est modus orandi vocaliter qui est sepe efficacior quam primus videlicet qui fit per verba ex proprio affectu formata vt cum homo cum deo familiariter confabulatur verbis affectui suo consonantibus quasi coram deo cor suum effundens: vel necessitates suas ei conquerens vel peccata confitens et misericordiam postulans et gratiam petens et

auxilium implorans contra tentationum pericula et tribula tionum grauamina vel qualescu͂q3 suas vel suoꝝ necessita tes. Hic modus orandi magis exquirit oportunitaté solitu dinis vel silentij circa se et ocij et quietis quo plenius et secu rius se in deu͂ effundat affectus. Maior etiá in eo est dolor ca piti et corpi: et ideo nõ pt ita frequens esse vel durabilis sicut prior maxime debilib9 corpe et ideo aliqui istu͂ modu͂ orandi indiscrete freq̄ntantes deficiu͂t. Unde tales sepe sic orent bre uiter et leuiter vt ex freq̄ntia a dei familiaritate non elongenꝰ et ex breuitate nõ destruátur: sicut quondá fratres in egypto fecerunt vt supra dictu͂ est. Secundus modus orandi priua te est mẽtalis. Cum tacito ore sola desideria sua quis pandit: et affectu͂ cordis effundit: et deu͂ intus ꝑ amoré ꝯplectitur: et cum reuerentia adorat et veneratur: tanto latius se in deu͂ ef fundens quanto plura valet affectus ꝯprehendere q̄ lingua exprimere dicens. dñe ante te oĩe desideriu͂ meu͂ et gemitus meus a te nõ est absconditus. De hoc dicit dñs in euang. Ve ri adoratores adorabu͂t p̄rem in spu͂ et veritate. Spu͂s enim est deus et qui adorant deu͂ in spiritu oportet adorare. Et hec oratio magis videtur ꝓpria cum deus cor magis attendat q̄ verba orõnis. Sed verba ideo apponimus vt cu͂ mens pigra est ad se eleuanduз in deum ꝑ verba orõnis suffulta iuuetur vt memoria deo inhereat. intellectus sursum tendat: affectus ꝑ deuotioné inflámatus gustet q̄ suauis est dñs ex intentõne cordis afflatus. Sed nu͂c de orõne solenni et publica ali quid breuiter subiungimus de qua diciꝰ in ps. Septies in die laudem dixi tibi. Quamuis eni͂ deus semꝑ et oĩ tempe a nobis sit laudandus ⁊ bñdicendus: tñ horis ab ecclesia or dinatis et statutis specialiter a nobis est laudandus vt innui tur in verbo ꝑallegato Septies in die lau. ⁊c. vbi describiꝰ horaꝝ sufficientia cu͂ diciꝰ Septies ⁊c. q2 septem horis sta tutis hore canonice ꝑsoluende sunt et passio christi deuote re colenda. et hoc debita intentõne et recta. Ideo subditur lau dem dixi tibi. Hore eni͂ canonice ꝓpter laudem humanam et vanam gloriá nõ sunt decantáde sed ad dei laudem ⁊ gloriá. Cui solu͂ ẜm apl'm debetur honor ⁊ gloria vt quilibet valeat

dicere horas persoluendo: Per singulos dies benedicam tibi et laudabo &c. Ad horas canonicas tenentur non solū clerici in sacris constituti sed etiā in minoribꝫ ordinibꝫ si sunt beneficiati. vt dicit Guilhelmꝰ. Item dicit Hostieñ. Jo. an. Archid. Ex quo cōstitutus in sacris tenetur licet non sit beneficiatus: in quo oēs doctores ꝯcordant: multomagis clericus quantūcunqꝫ simplex bñficiū habens. extra de cle. cōiu. Quid a te. et diuersis fallacijs. Et dicit Archid. ꝙ nec archiepus nec eps cū tali bñficiato clerico in minoribꝫ dispensare pt vt nō dicat horas canonicas. Cui cōcordat. Jo. an. et Theo. Et si is q̇ tenet̄ ad horas ex industria ꝛ negligētia sola obmittit peccat mortalit̄. Extra de cele. mis. dolētes. Secus aūt si ex obliuiōe vl' alia necessitate horas ꝺm formā eccie nō dicit: puta ꝓpter defectū ꝟsus vel infirmitatis vel paupertatis: qꝛ libro caret recōpensat tñ equalens ꝑ psalmos vel orationē dñicam nō peccat mortaliter. si aūt nihil in recōpensam fecerit vel facere ꝓponit peccat mortaliter. De infirmis dicit Hostieñ. ꝙ bñ excusant̄ a dicēdo horas et silr ab audiēdo sed talis debet esse infirmitas in qua directe vel occasionaliter obesset sibi vel obesse timeret si celebratione diuinorū interesset. Talibꝫ enī infirmis nō est lex imposita. extra de obseruan. ieiu. c. ꝯsiliū. et. c. fi. Nota etiā ꝺm Hostieñ. ꝙ si tanta sit infirmitas vt ex toto impediat infirmū tunc talis infirmus nō tenetur redicere horas post ꝯualescentiā. Nec penitentiā ex necessitate agere: si tñ ad cautelā et ex deuotōe velit facere nō reprobatur. Ubi vero infirmū se finxit et facere potuit et neglexit certum est ꝙ tenetur cōfiteri et penitentiā agere. Si etiam esset febris quartana vel alia modica et tolerabilis infirmitas qua non obstante alia sua negocia quis procuraret non excusatur de obmissione horarum. Sed qualiter hore canonice dici debeant aduertendum ꝙ debent celebrari et persolui studiose et deuote. Nam hoc p̄cipitur in virtute obedientie. extra de cele. missa. c. dolentes. Plus enim deus respicit animum q̄ꝫ clamorem vocum. Juxta illud. Non clamor sed amor pulsat in aure dei. Et de hoc scribit̄ de conse. di. v. non mediocriter. Et in clemen. de reli. et vene. san. Si dñm. dicit̄

Nota

Tercia

q̄ modus orandi requirit humiliationē corpis cordis deuotionem et attentionē. Vñ Gregorius. Illas deus orōnes nō audit quas ille qui orat nō attendit. De attentōe vtrū requiratur ad orationē dicit Durandus sup. iiij. Ꝙ ad orōnem et qūlibet aliud opus pt requiri attentio dupliciter. Uno modo vt orō ab attentōe pcedat. Alio mō vt attentio ɔtinue concomitetur orationē. Primo modo requirit attentio ad orōem tam priuatā ꝙ publicā nō solū ꝓpter meritū sed etiā ad vitandum peccatū in casu in q̄ orō dicit ex precepto. Qđ patet sic qꝛ nullū opus est meritoriū nisi ex intentōe pcedat al's nō est opus humanū cū homo sit homo p rationē ⁊ voluntatē. Si ergo oratio debet esse meritoria oportet q̄ pcedat ex intentione. Similiter si vitatur transgressio precepti idem debet fieri qꝛ cū pceptum nō detur nisi hoīb9 oportet q̄ nō solū impleat ex imaginatōe q̄ cōmunis nobis est et brutis sed ex deliberatione que requirit intentionē. Non requiritur tū q̄ attentio actualiter cōcomitetur totā orōnē qꝛ nec requirit in quibuscunqꝫ opib9 bonis nec est possibile ꝓpter facilem euagationē humane mentis. Requiritur tū q̄ orans scienter nō distrahat mentē ab intentōne. Hoc enī nō pt esse sine culpa veniali aut mortali. Si enī euagatio fit solū ſm actum interiorē licet sit temeraria et grauis ex quo est a ꝓposito forte: tū nō est peccatum mortale nisi esset ɔtemptus qꝛ ecclesia nō hab3 iudicare de actib9 mere interiorib9 et ideo nō pt eos ponere sub pcepto Quapropter minister ecclesie si dicendo horas scienter cogitet aliquid nō videtur transgressor pcepti eccle quantū est ex natura facti. Si aūt euagatio mentis sit ex hoc q̄ quis scienter occupat se in actu exteriori qui non compatitur se cum attentione orationis tunc videtur esse culpa mortalis et directe cōtra pceptū ecclesie. Qđ habet extra de cele. mis. c. dolentes. Ubi dicit sic: districte pcipientes in virtute obedientie vt diuinum officiū diurnū piter et nocturnū quantū eis deus dederit studiose pariter celebrent et deuote. Hoc autem non seruant qui occupando se in actu exteriore scienter sibi attentionem subtrahunt. Attentio igitur oratōnis cadit sub precepto quo ad hoc vt oratio ab attentione procedat: Et vt orans

sibi scienter subtrahat occupando se in actu exteriore incompassibili. non aūt cadit sub pcepto q actualis attentio totam orōnem cōcomitetur. Hec Durandus. Est aūt triplex attentio que orōni vocali pt adhiberi. Una qua attenditur ad verba ne quis in eis erret. Alia qua attenditur ad sensuз verbor. Tercia qua attenditur ad finē orōnis scз ad deū et ad rem p qua oratur: que quidē maxime est necessaria et hanc etiā idiote possunt habere. De hac materia latius habetur et multum pulchre in pfectib religiosor. Cum igitur sm Berñ. cor hoīs sit vagū et mobilius omni mobili nō est semp adeo fortis homo q tales cogitatōnes euitet. vnde dum pcipit debet tales cogitatōes remouere licet pluries relabentur. vnde nō sp in his mortaliter peccat sed venialiter. Et ideo dicit Hostieñ. sup dictā decre. dolentes. Precipimus quidē q dicantur hore canonice. Intentionē aūt et deuotionē et si suadeamus eam tñ in pcepto nō pcipim qr solius dei est dare ipam Sed solū caueat ne impedimentū deuotioni pstet. Nam deus semp paratus est deuotionē dare et grām si homo esset paratus et dispositus recipe. Sed que sint q deuotionē in horis impediant ita q hore debite nō psoluantur hec ponuntur cōpendiose in clement. extra de cele. mis. c. Graui. et alibi. Et sunt septē que hic tentarem latius annotare si nō fieret tedio sermonis longitudo. Et ecce q breuius possum pcurro. Primum impedimentū est qñ dicunt hore transcurrendo nam hore canonice distincte et apte debent legi q intelligi possint Secundū impedimentū est: qñ hore dicuntur sincopando. Integre eni et cōplete hore canonice debent psolui ita vt nec apicem nec iota vnū ptereat ex negligentia sua maxime voluntaria seu accurata aut maliciosa et debet negligentiaз suā si quā omisit pfiteri et qd obmisit repetere: vel p aliqd quod iniungit recōpensare. Non tñ debet ad illud qd obmisit statim redire: si cum aliis horas canet ne scandalū et impedimētum ex hoc eueniat aut pturbatio in officio diuino. Tercium est qñ infra horas canonicas extranea vana phana et inhonesta colloquia intermiscent. De his vero q ad diuinū officium et horar psolutionē spectant pt infra horas canonicas

breuibus verbis fieri interrogatio et responsio. Quartum est quando tarde aliquis ad chorum venit et ecclesiã ipam sine causa rõnabili ante finẽ officij exit freqnter. Nam hmõi minus pfecte diuinũ officiũ psoluunt: ac deũ cui seruiunt offendunt. Nõnullos quin potius vt vereor non paucos diuino cultui deputatos tedet interesse diuino officio nisi forte pter distributionẽ portionũ vel aliud comodũ tpale aut ita desidiose et indeuote intersunt q nec deo est gratum nec psciencie meritoriũ vel consolatoriũ immo potius corrosiuũ q etiã inde puniri timent et ex insipiditate tedet eos laboris: et festinãt inde cito absolui et tedet aliqd simile incboare. Quintum est quando quis dicendo horas circa opus aliqd extrinsecũ seu manuale se occupat: vel qñ in lecto iacet: vel cum se induit surgens: sine necessitate interim horas psoluit: hmõi nõ exhibẽt deo reuerentiã quam tñ homini potenti si cũ eo loquerentur exhiberent. Item qñ aues secũ portant ad chorũ seu portari faciunt: aut canes venaticos secũ ducunt. Per hec enĩ et silia cor distrahit et a deuotione et attentione impeditur. pter qd et cantus theatrales phibentur in ecclesia decantari. di. xcij. Quia clerici nõ debent vocis modulatõni insistere vt scz populum delectent cum nec ipsa veritas sic pnuncianda sit vt quis hominib placeat. xxij. q. ij. Primũ. Sextũ est qñ quis bñficiatus est in eccia et sine causa rõnabili dicit horas extra ecclesiã. vnde dicitur. x. q. iij. c. vnio. Ex qui bñficiatus est in ecclesia tenetur officiari ipsam. Potius enĩ dicendum est vel cantandum diuinũ officiũ in ecclesia q in alijs locis q ecclesie ad hoc sunt deputate. de cõse. di. i. p totum. Septimũ et vltimum impedimentũ est quando aliquis in choro existens sine causa legit horas suas ceteris ibidem congregatis easdez ibi deuote cantantibus p eo vt alias oratiunculas aut psalmos medio tempe dicere vel legere valeat. Contra quos dicit Hieronymus. Ingratum est spiritui sancto quicquid obtuleris neglecto eo quod teneris. Et ideo dum in choro diuinum officium psoluitur illi qui assunt debent ab huiusmodi orationib priuatis interim abstinere et chorum si valent adiuuare. Nam: cõmune bonũ semp pferendum est singulari.

Adhuc p̄dictis illud adijcio q̄ hore canonice debitis temporibus debēt psolui: nisi vtilitas vel causa necessaria aliud postulet. Nam ꝑpter necessitatē superuenientem p̄t anticipare et ꝑpter necessitatē honestaꝝ occupationū licite p̄t desero dicere matutinū seq̄ntis diei et in alijs horis tp̄s p̄uenire. Si vero hoc quis faciat ꝑpter lasciuiā vt quietius somnolentie vacet et voluptati non est absq̧ peccato. vt dicit sanctus Thomas in quolibeto. Considerãda ergo est intentio eius qui p̄uenit tempus. Refertur de quodā sancto heremita quem deficientibus elemosynis et victualibꝫ pascebat angelus. Qui tp̄e vuarū interdū portauit sibi bonas vuas et maturas. Interdum agrestas: interdum aridas et putridas. Cum aūt heremita ille quesiuisset ab angelo causam varietatis huius respondit: q̄ tunc deferret bonas vuas dum cōgruo tp̄e dicebat horas. Agrestas vero dum tardabat. Legitur de sancto Seuerino Colonieñ. ecclesie episcopo quodam: ad correctionem omnium clericorum. q̄ ipse deo dilectus pontifex a celesti post transitum de hoc mundo fuit gloria p annos. xiiij. retardatus nō p aliquo alio defectu nisi q̄ horas canonicas negligentius debito tempe persoluisset Quid ergo erit de nobis miseris qui nescimus an amore aut odio simus digni. Petrus damiani. Idem factum de sancto Seuerino predicto referens latius scribit: quomodo graui incendio cruciabatur et ardebat sicut ipsemet manifestauit cuidā clerico cui apparuit in vado fluminis et causam tanti cruciatus interroganti indicauit dicens. Nihil aliud in me remansit vltione plectendū: p̄ter hoc tm̄. Quia dū in aula regia ɔstitutus imperialibꝫ me cōsilijs vehementer implicui: canonice synaxis officia p distincta horaꝝ spacia non persolui. Mane quippe simul om̄ia coaceruans tota die negocijs ingruentibꝫ secura libertate vacabam. Ob hanc itaq̧ negligentiam horaꝝ ardoris huius fero supplicium ꝛc̄. Quod certe magnam nobis debet inferre formidinē q꞉ dum sanctū vnius culpe dūtaxat obnoxiū tam intolerabilis purgatorij pena ɔstrinxerat. Ue ve que mihi miserisqꝫ similibꝫ est inferenda sententia quos tot reatuum prolixitas grauat. Distinguenda sunt ergo per mo-

menta temporum ecclesiastice institutionis officia et sub magna diuini timoris ac reuerentie dicenda sunt disciplina nedum psallimus fructum spiritus cum carnis desidia misceamus. Quid enim prodest hostiam deo laudis offerre et per torporē negligentie fedis eam cogitationib⁹ inquinare. Hec Petrus da. Plura adhuc vtilia de hac materia scribenda occurrunt: sed me ꝓhibet epistolare cōpendium diutius immorari. Sed nunc stilus ad id quod quarto loco ꝓpositum est iuuante deo transferatur. Et hoc est ꝓprie vite et status diligens et continua discussio. Ad quod maxime et precipue valet et deseruit lectionis sacre et deuote ad deum supplicatōnis studiosa frequentatio. Ideo conuenienter sequuntur pericula ista post predicta. Primo ergo propria vita et conuersatio solerter et continue examinanda est vt scire possit quid deo in ipso placeat vel displiceat et quem fructum de omni vita sua deo possit offerre si in breui vel in longum esset moriturus et rationem de omnibus sicut necesse est redditurus. Sed ad istud primo requiritur necessario suiipsius cognitio que omnibus scientijs preferenda est. Unde Augustinus. Preponenda est scientia scientie. Melius est scire infirmitates nr̄as ꝙ̄ naturas rerum. Laudabilior enī est ars cui nota est infirmitas propria ꝙ̄ qui ea non inspecta siderum vias scrutatur et fundamenta terrarum et fastigia celorum melioresꝗ sunt qui huic scientie preponunt nosse seipsos. Hinc est quod dicitur in quodam libro philosophico. De celo venit gnotosolitos. hoc est cognosce teipsum. Et ibidem. Humane nature ista cognitio est vt tm̄ ceteris rebus tunc excellat cū se cognoscit: eadem tn̄ inter bestias redigetur, si se nosse desierit. Nam ceteris animantib⁹ se ignorare nature est: homini vero vicio venit. Hinc Bernhard. Noueris licet omnia mysteria: lata terre: alta celi: ꝓfunda abyssi: si te nescieris eris silis edificanti sine fundamento ruinam nō structurā faciens. Item dn̄s Marci. xiij. dicit discipulis. Uidete vosmetipsos. Porro circa suiipsius cognitionem tria occurrūt scilicet. Quid sit quo ad naturam. Quis sit: quo ad statum. Qualis sit: quo ad mores. Unde Bern̄. de consideratōne. Tui consideratio in tria

diuiditur vt consideres Quid Quis Qualis sis: Quid in
natura: Quis in persona: Qualis in moribus: verbi gratia.
Quid homo. Quis papa. Qualis benignus vel mansuetus
vel quicquid tale est. Et attendendum quod in libris naturalibus
primum cognoscitur. In libris iuris secundum. In quibus mul
ta traduntur de pertinentibus ad omnem statum ecclesiasticum vel chri-
stianum. In libris vero sanctis seu theolicis tercium. In qui-
bus traditur quid agendum quid cauendum. Licet autem omnis huiusmodi
consideratio sit vtilis tamen vltima melior est. Et ideo dicit Bern.
Consideratio huiusmodi: qualis sis te tenet in te nec te a te volare
sinit nec ambulare in magnis supra te. In te consiste: noli in
fra deijci: non extolli supra: non auolare longius: non exten-
di in latius. Longum dico cum sibi homo promittit longio-
rem vitam. Latum cum superfluis homo extenditur curis.
Altum cum de se plus presumit. Profundum cum se plus deijcit.
Longitudo exterminium habere solet. Dilatatio scissuram.
Altitudo ruinam. Profundum absorptionem. Quia igitur ista co-
gnitio sui quo ad mores est adeo vtilis ad mandata dei. Si
cut dicit Gregorius. Sicut speculum in quo sancte anime aspi-
ciunt: et si que sunt in eis feditates deprehendunt merito quis-
que ad seipsum agnoscendum debet summopere laborare.
Nam sui cognitioni annexa est cognitio proprie vilitatis:
ad quam consequitur virtus humilitatis que mentem in bo-
no confirmat: et facit hominem contentari de omnibus iudi
cijs et permissionibus diuinis circa omnes creaturas et se. Dum
enim in veritate teipsum agnoscis omnibus compateris nullum
odis: nulli inimicaris. plus gaudes de passionibus et penis
corporalibus quam de consolationibus carnalibus: quia te vi-
des illas meruisse et vtiles: hanc esse periculosam. Hec autem
cognitio et accusatio sui ipsius per veram et puram confessio
nem que ipsam sui cognitionem comitatur precipue in solitudi
ne: lectione et mentali oratione acquiritur. Ideo necesse est vt
quisquis ad hanc sui cognitionem vtique vtilissimam et per consequens
ad mentis puritatem et mundiciam peruenire affectat: solitu
dinem velut matrem lectionis orationis et mundicie amplecte-
tur: et ibi in lectione et cordis scrutatione sic se quotidie exerceat

q̄ omni occasione vitata omnibusq; humana verecundia post=posita et despecta ad veram puram integrā et plenā confessionem se pparet et disponat. Nempe p puram et verā integrā et frequentē ꝯfessionē peccatoꝝ reditur ad statū gratie ad vitanda vicia et ad acquirendas virtutes: ꝯscientie puritatem ac cordis mundiciā: que scȝ cōfessio est fundamentū et ianua virtutū omnisq; grē ac spūalis consolatōis principiū. Ideo cum summa diligentia et sollicitudine cōtinua ad talē vt predictum est ꝯfessionē est currendū. Omnia eni in cōfessione lauantur. Ut aūt scias melius cōfiteri: studeas saltem semel in qualibet die examinare te quō tps expendisti et discurre per singulas horas cogitando loca in quib; fuisti: cū quib; psonis. quid cogitasti: quid dixisti: audisti et fecisti: vt cognoscas relaxatōnes cordis lingue et sensuū in quib; et quotiens offendisti aut dedisti aliis materiā offendendi: et sic ordina in mente tua sicut ea memor fueris cōmisisse: et pluries illa pertracta et repete in mente tua ordinate. Nec te pigeat in tali examinatione exercere q2 pax et leticia mentis quā inde consequeris superexcedit omne mundanū gaudiū. Et si absq; difficultate magna et cū tranquillitate animi istū modum volueris obseruare: stude in paucis delinquere vt pauca possis recolere et cōfiteri. Confessorē eligas ꝯpassiuū: pbatū in temptationibus et in via cōtinentie se exercitantē cui sepe cōfitearis et apias ei oēs defectus tuos clare et lucide et stimulos quibus molestaris. Sit ille charitatiuus et humilis: discretus et intelligens sic q̄ possis ad ipm ꝯfidenter recurrere et sciat tibi remediū adhibere. Aliter aūt si cecus ceco ducatuȝ prestet ambo in foueā cadunt. Et si medicus clementior fuerit quasi vnguentis et emplastris lenioribus vngendo oīa voluerit curare. tu age p temetipso et remedii fortioris et certioris auidus sanitatis ferrū require: cauteriū exposce. Ad ista melius obtinenda necessaria est tibi solitudo vt sepe dictuȝ est que est via primaria ad cordis mundiciā et tutela ad custodiā. Fuge ergo ꝯsortia quantū potes nisi p euidenti vtilitate aut necessitate. Expedit etiā tibi vt portes in corde ppositum firmū tibi cauēdi p posse ab omi offensa dei et pximi: et debes te armare

cum oratione dicendo. Deus in adiutoriū meum intende. ꝛc̄ Quia sine dei auxilio impossibile est aliquē quantumcūqꝫ a minimo peccato liberari. De hac sui discussione dicit Berñ. ad Carth. Debent om̄es filij dei in die quidē diligenter se mel ꝓspicere quid desit sibi: vnde venerit: quousqꝫ ꝑuenerint: et in quo ꝓficiendi statu singulis diebꝫ vel horis sua se estima tio deꝑhendat. Idem. Queris quid agas vel in quo te occu pes. Primū extra quotidianū orationū sacrificiū vel lectōis studium quotidiane cōscientie discussioni emendatōni com positioni pars sua diei neganda nō est. Item in libro eruditi onum dicitur. Multū valet vt quis quotidiana discussione cogitatōnes lectōes ꝑiter et facta sua apud semetipm̄ exami net sollicite attendens nō solum quid agat sed etiā qua inten tione illud agat. Frequēter cogitans si qꝺ faciendū est faciat An bono opi malū aliquid admisceat. An bonū quod agit quanta oporteat diligentia impleat. An alterius bonū vt suū diligat: et si suum malū vt alterius malū reꝑhendat. Per sin gulos dies vitā suam ad ꝓpriū iudiciuꝫ vocare debet. Mane cōsiderare quid egerit ꝑ noctem: et quid facturus sit ꝑ diem. In vesꝑa quid egerit ꝑ diē. Si quid ex his que agenda erāt neglexerit: ac si quid ex his que agenda nō erant ꝓsumpserit. Si in aliquo ope insidijs inimici supplantatus fuerit. In q̄ bus omnibꝫ si aliquid neglectū fuerit vel aliquid inuentum qꝺ vulneret ꝯscientiā: quod inquinet memoriā suo loco suo tꝑe non transeat impunitū: sed ad sententiā iusticie efficaciter emendetur. De quo Berhard⁹. Disce tu tibi preesse ꝛ vitam ordinare: mores componere: temetipsum iudicare teipsum apud temetipsum accusare sepe etiam et cōdemnare: nec im punitum dimittere. Sedeat iudicans iusticia: stet rea et semet ipsam accusans ꝯscientia. Nemo te plus diligit: nemo te fide lius iudicabit ꝛc̄. Idem. Et vt temetipm̄ aspicias semꝑ ab omnibꝫ oculos auerte. Egregiū esset instrumentū corpis ocu lus si sicut cetera sic etiā videre posset semetipm̄ qꝺ cū interio ri oculo ꝯcessum sit merito deberet se respicere sꝑ sed ad exte rioris exemplū semetipm̄ negligēs vacat circa aliena cū mul tum vult non sufficit redire ad semetipsum. Tibi vaca multa tu ipse tibi sollicitudinis materia es, ab alijs itaqꝫ ꝯsideratōis

oculum auerte et ad teipsum conuerte. Hec Bern. Corrige in te quod in alio reprehendis et doce te qd vtile cuiqz agnoscis: feruor tuus agat in te primum et ita te inflāmato alios calefac. Sicut ignis proxima prius et postea remotiora calefacit. Tu tibi proximus esto in correctōne tui regula ingenij tui et zelus iusticie tue primo formet te in exemplar artis tue alijs ad imitandū. Ostende in ꝓprio cuius peritie sis in opere alieno. Quidam sciunt multa in alijs corrigere et vitam aliorū ordinare in seipsis autem multa incorrecta derelinquunt et minimam diligentiam adhibent vt proprium statum ordinent ad profectum virtutis. Quandoqz somniant si essent in alio statu in tali vel in tali officio vel dignitate qꝫ bene vellēt illa disponere: suum aūt statum in quo iam sunt nec sollicite discutiunt nec emendant. Et si qñqz ad se reuersi cogitant vitam suā emendare et se ad meliora extendere nec ꝓuide dispo nunt qualiter hoc faciant: nec in eo qd ꝓuident vel ꝓponunt ꝑseuerant: ꝯsuetudine dissolutōis et tepore ad solita eos reuocante. Et hoc precipue ex illo prouenit quia multi totaliter in his sensibus iacentes nimis afficiuntur ad seipsos: quidam ad aliquas personas: quidam ad honores: ad diuitias temporales ꝛ voluptates. Et qꝛ hec sunt sicut murus inter deū et aīam ideo nullus habēs aliqͩd de ꝑdictis ꝑt in via dei ꝓficere nec habere purā orōem nec ꝯfessionē maxime qñ est carnalis affectio ad ꝑsonā qꝛ tales raro cōfitentur qꝫ diu sunt hac sagitta ꝑcussi et si sunt ꝑsone spirituales quas sepius confiteri necesse est: q̄si nunqꝫ tñ pure et integre cōfitentur eo qꝛ ip̄m morbū despicabilē in ꝑsona spirituali verecundātur totiens detegere plene et integre cōfessori qꝛ verentur exprimere aliquas circumstantias tali affectioni annexas quas vel tacent vel exprimunt imperfecte verbis operientibꝰ dictum morbū Et qd peius est cum ipsi deberent querere medicos spūales cautos et peritos ac exꝑtos qui scirent egritudines et causas earum cognoscere: congruū remediū adhibere. Nō solū hoc nō faciunt quin potius si semel ad aliquem talem ꝑuenerint ip̄m extunc fugiunt nec reuertuntur ad ip̄m. Propterea sepe mutant confessorem aut vellent mutare si possent et querunt

confessores ideotas et simplices qui nec morbos intelligunt nec causas cognoscūt aut congruam medelam adhibere. Et ex his plures repiuntur qui suas negligūt agnoscere affectiones viciosas et alia vicia in eis latentia et p ꝯseqns non curant cōfiteri. De quibꝰ dicit Bern. in meditatōnibꝰ. Multi multa sciunt sed seipsos nesciunt. Alios inspiciūt et seipos deserunt deū querentes p exteriora deserentes interiora. Idcirco ab exterioribꝰ ad interiora redeam: ab interioribꝰ ad superiora ꝯscendā: vt possim cognoscere vnde venio aut quo vado: vnde sim aut quid sim: et ita p cognitionē mei ascendam ad cognitionē dei. Quia vt dicit Hugo. Frustra cordis oculum erigit ad videndū deū qui nondū idoneus est ad videndum seipm. Prius enī est vt cognoscat visibilia spūs sui ꝙ possit esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia dei. Et si non pt cognoscere se: nō p̄sumat apprehendere ea que sunt supra.

Precipuū et principale speculū est ad videndū deum animus rationalis intuens seipsum. Si enī inuisibilia dei p ea que facta sunt intellecta ꝯspiciunt. vbi queso ꝙ in eius imagine cognitōnis eius vestigia exp̄ssius impressā repiuntur? Tergat ergo speculū suum: mundet spiritū suum quisquis sitit videre deum suum. Hoc speculū verus penitens nō cesset quotidie inspicere: tergere: tenere et custodire. Inspicere si aliquod in eo repiat qd̄ deo dilspiceat. Tergere nō solum peccata actionū verum etiā cogitationū vt nihil in eo remaneat inquinatū. Tenere ne deorsum corruat: terre p amorē inhereat: et ne inanium cogitationū puluere sordescat. Custodire vt ille cuius tabernaculū est cum hoībꝰ: cuius delitie sunt esse cum filijs hoīm: qui ad ostiū stat et pulsat quacūqꝫ hora intrare voluerit receptaculū mundū inueniat. Deus enim qui mundicie amator est cor pollutū inhabitare nō pt. Redi ergo ad cor tuū et subtiliter discute teipm. Considera vnde venis: quo tendis: quō viuis: quid agis: quid amittis: quantū quotidie ꝓficis vel quantū deficis: quibꝰ cogitationibꝰ magis incursaris: quibꝰ freqntius tangeris vel quibꝰ tentationū machinis a maligno spiritu acrius impugnaris. Et cū totū interioris et exterioris hoīs statum et habitum inquantum

possibile est plene cognoueris non solũ qualis sis verũ etiam qualis esse debeas. de cognitõne tui poteris subleuari ad con templationẽ dei. Quantũ nanq̃ quotidie in cognitõe tui ꝓficis tantũ ad altiora semꝑ tendis. hec Hugo. Nos igit̃ tot et tantoꝝ doctrinis instructi ingrediamur sinum ꝯscientie et statuentes nos ante nos: cõtra nosmetipsos iudiciũ instaure mus ponderãtes et sine dissimulatõe estimantes peccata que ꝯmisimus: quẽ in eis offendimꝰ: q̃ ꝓfunde in hoc viluimus que in numero: pondere et mensura quot et qualia et quanta cõmisimus: et si ꝓ eis vnq̃ vere penituimus et condignã sa tisfactionẽ exsoluimus. Attendẽtes nihilominus quãtis ma lis et miserijs addicti sumus: quõ innumeris vicijs irretiti: peccatis onerati: mole huius mortalis corꝑis aggrauati: ter renis intricati curis: carnalium desiderioꝝ fece infecti. Ceci curui infirmi implicati multis erroribꝰ expositi mille picu lis: mille timoribꝰ turbidi: mille difficultatibꝰ anxij: mille su spitionibus obnoxij: mille necessitatibꝰ erumnosi: ꝓcliui ad vicia: inualidi ad virtutes. Unde nobis iam extollentia ocu lorum: vnde leuare caput: nõne magis ꝯuertemur ad gemi tus ad lachrymas et planctus et ad dñm in humilitate q̃sq̃ clamabit. Sana aĩam meã q2 peccaui tibi. Ecce quõ ex sui cognitõe et diligenti examinatõe mater salutis humilitas ori tur et timor dñi: qui et ipse sicut initiũ est sapientie ita est et sa lutis: que sunt fundamentũ om̃is edificij spũalis. Porro hu miles et deũ timentes cõuersi ad dñm in amaritudine aĩe sue recipiũt ꝯsolationẽ. Quia pater est misericordiaꝝ et deus to tius ꝯsolatõis et ita suspicientes et leuantes oculos ad diui ne miseratõis auxiliũ deũ pium et deꝑcabilem experiunt̃. Si cut reuera benignus et misericors est et ꝓstabilis suꝑ malicia Quippe cuius natura bonitas et cui ꝓpriũ est semꝑ misereri et parcere. Tali itaq̃ experimento et tali ordine salub: iter innote scit deus cum prius se homo nouerit in necessitate positũ et clamabit ad dñm et exaudiet eũ et dicet. Eruam te et hono rificabis me. Atq̃ hoc modo erit gradus ad noticiã dei: tui cognitio. Nempe hec sciẽtia nõ inflat sed humiliat. Deus au tem hũilibꝰ dat in pñti grãz et gloriã in futuro. Math. xviij.

Qui se humiliat sicut paruulus iste hic maior est in regno ce
lorum. Sed nunc ad ꝓprij status siue officij consideratio-
nem mentis aciem cōuertamus. Considerantes qȝ nō cōmu
nem cum popularibꝰ sed segregatū ab eis statū habemus et
longe digniorē: quia clerici sumus ⁊ sacerdotes. Clericus di
citur a cleros grece qd̄ latine dicitur sors quia in sorte positi
sunt dei. Clerici aūt cuiuscunqȝ ordinis in exemplū debent
esse laicis. vt habet̄ in decret. viij. q. i. Qualis. Et est btī Hie
ronymi dicentis. Nō solum epi p̄sbyteri et dyacones debent
magnopere preuidere vt cunctū ꝓplm cui p̄sident conuersatōe
et sermone et disciplina preeant. Verū etiā inferioris gradus
lectores custodes edium id est hostiarij exorciste acoliti et oēs
qui in domo dei deseruiūt. Quia vehementer ecclesiā dei de-
struit hoc scȝ meliores esse laicos q̄ȝ clericos. hec Hierony-
mus. Hoc aūt quod in fine p̄cedentis auctoritatis dicitur re
ferendum est ad scientias et virtutes in quibꝰ clerici debent so
litum statum ꝓpli p̄cellere. non tn̄ clerici tenentur meliores es-
se q̄ȝ cuncti laici. Nec vituperandi sunt clerici si aliqui laici
sunt ipis meliores et instructiores. dūmodo clerici boni sint
et sufficienter instructi. Item. i. q. i. dicitur. Vilissimus cōpu
tandus est: nisi p̄cellat scientia et sanctitate qui est honore p̄-
stantior. Alioquin cur ceteris p̄feruntur qui nulla meritorȝ
gratia a ceteris assumunt. Clerici debent esse ornati dupli
ci ornamento scȝ interiori et exteriori. Interius ornamentum
consistit in virtutibꝰ in quibꝰ debent ꝯmunē statū ꝓpli p̄celle
re vt dictū est. Debent enī pre alijs esse charitatiui: cōpassiui:
humiles: tractabiles: patientes: beniuoli et cōtinentes. Non
solum interius ornati debent esse virtutibꝰ sed etiā exterius:
qȝ tanq̄ȝ lucerna sup candelabrum posita lucere debent in ex
emplum vniuersis. Prouideamus bona vt aplus dicit nō so
lum coram deo sed etiam coram omnibꝰ hominibꝰ. Propter
nos cōscientia bona sufficit nobis: propter alios fama nostra
nō pollui sed pollere debet in nobis. Qui fidens ꝯsciētie sue
negligit famā suam crudelis est. De quo dicit aplus scribens
ad discipulū. Circa oīes teipsum bonorū operū p̄be exem-
plū. Rursus alibi dic. Spectaculū facti sumus huic mūdo

et angelis et hoib9. Exterius aut ornamentu cosistit primo in incessu vt no currendo sed moderato et equali gressu incedant vt sic maturitate et equalitate indicent mentis. Incompositio eni corpis vt ait Aug9. indicat inequalitate mentis. Debent eni clerici oculos: lingua et oia membra sub freno castitatis et modestie cohercere vt no sint leues in moribus nec proni ad risum: nec curiosi vel verbosi vel ioculatores. Un Ecclesiasticus. Amictus corpis risus dentiu gressus hois: enunciant de eo. al's adeo. Aug9. No dicatis vos habere aios pudicos si habetis oculos impudicos. Quia: impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Et qr vt dicit Hugo. Per illicitu visum ccupiscentia orit p quam mentis integritas violatur. Necesse est vt seruus dei visum suu reprimat ne p ccupiscentiam et immundicia cordis deu offendat. Hinc p pheta dicitur. Ascendit mors p fenestras nras ingressa est domos nostras. rc. Mors aie est cocupiscentia: domus interior mens nra. Fenestre hui9 domus sunt quinq corpis sensus. Mors ergo p fenestras ascendit atq ingredit qn ccupiscentie viciu p sensus corpis prumpit ad interiora mentis. Qua ppter ne vitalis sensus p exteriore appetitum intus intereat: et ne fama nostra exterius denigret aliis in ruina: opus est vt fenestras domus nostre diligentia custodiat: illicitos motus sub disciplina cohereeat. et membra ac sensus nros cunctos restringat vt non possint lasciuire et leuitati deseruire. Caput regat ne leuiter hincinde circumferatur: Oculos ne euagetur. Aures ne curiose auscultent que minus expediunt: linguam refrenet ab ociosis et infructuosis verbis. Manus ab inutilibus operibus. Pedes a vanis deambulationibus. Et totu corpus ab insolentia et inquieto motu cohibeat: nisi secundum quod ratio dictat vt in omnibus motibus nostris nihil fiat vel appareat quod cuiusq offendat aspectum vel qd possit offendere intuentes. Secundo cosistat ornatus clericor exterior in habitu decenti vt no deferant vestes incisas et virgulatas neq varii coloris: neq rubeas: neq virides: neq nimis longas vel breues. Item neq de serico sed de lana no sordidas nec fulgidas sed mediocriter temperatas. Unde Hugo

de sancto vict. Indumentis et calciamentis clericoꝝ cōgru
us seruandus est modus ne ꝑciosa vel nitida supra modum
sint: aut nimis abiecta et vilia: nec habentia ꝓpositionē plus
q̄ꝫ decet: nec incōposita plus q̄ꝫ oportet. Et in decre. dicit. di.
xli. Clericus. Ex habitus clerici nec in vestibꝫ nec in calcia-
mentis decorē debet ꝑtendere. Quia sm̄ Greg. Nemo vesti-
menta ꝑcipua vel ꝑciosa nisi ad inanem gloriā querit. que cle
ricis summe detestanda est. Nam vt dicit Hugo de sctō vict
Tanto quisqꝫ polluitur intus quantū ad inanē gloriā foris
mundatur. Idem. Nō nitor vestiū sed morum ornat clericū.
Unde apl's admonet dicens. Nolite cōformari huic seculo:
sed reformamini in nouitate sensus vr̄i. Nam qui formā hu-
ius seculi appetunt: formā interioris hoīs nō requirūt. et quā-
to exterior pulchritudo diligitur: tanto interior minus ama-
tur. Que est aūt vera et spiritalis mundicia hanc requirit in
nobis deus dicēs. Lauamini mundi estote auferte malū co-
gitationū vestraꝝ ab oculis meis. Item Cris sup Matth.
Seruus dei nō debet habere vestimentū ad speciem siue de
corem visionis neqꝫ ad molliciē siue ad delectationē carnis
sed ad tegumentū nuditatis. Unde apl's. i. ad Thi. vi. Ha-
bentes victū et quibꝫ tegamur nō scꝫ quibꝫ ornamur his cō-
tenti simus. Tercio consistit extrinsecū clericoꝝ ornamen-
tum in victualiū sobria et honesta sumptione: obseruantes il
la que habent di. xliiij. Cōuiuia. et. c. Pro reuerentia. Que
ꝑcipue sunt sex vt videlicet vita absentiū nō mordeatur. vt ꝑ-
sentes nō irrideantur. vt inania secularium nō recitētur. vt ver-
ba sacre lectōnis legantur et audiantur. vt cibus nō nisi ad
sustentationē sumatur. et vt in principio et in fine laudes deo
referantur qui nobis necessaria ꝓcurat: sine magna nr̄a cura
et labore. Et ideo sicut ait Hugo. Si viuimꝰ de ānona chri-
sti et tunc digne mercedē accipimus si prius boni oparij fue
rimus. Dicit eni Paulus apl's. Qui nō vult opari nec man-
ducet. Ex si non laboramus et manducamus tanto maioris
criminis efficimur rei quāto dei beneficia sumimus indigni
Oportet ergo vt seruiamus ei a quo pascimur si sine ꝑiculo
aic volumus sumere hoc quod nobis distribuitur. Et tanto

plus sollicit debemus esse in bono opere quanto ea percipimus sine magno labore. Nam quid mirū si hi qui tpalibus occupantur minus studiose viuūt: si freqnter in cogitationibus et sermonibꝰ atqꝫ actibꝰ suis offendunt. Usus eni seculi hoiem ad peccatū etiā inuitum trahit. Hi vero quibꝰ et cura mundi et occasio peccandi deest: quanto minus religiose viuunt tanto grauius iudicē supnum offendūt. Hec ille. Multum etiā ornat clericum exercitiū in opibus pietatis: sicut est dare elemosynā: et recipe ad hospiciū paupes: eisqꝫ ministrare. Qm̄ res clericoꝝ pauperū sunt: et pre ceteris tenentur hospitalitati et elemosyne intendere. vt habet in decret. xvi. q. i. qm̄. vbi dicit. Quicquid habēt clerici pauperū est: et domus illoꝝ oībꝰ debent esse cōmunes: susceptōni pegrinoꝝ ꝛ hospitum inuigilare debent. Hec dicta sunt de clericis in generali inter quos magis obligant sacerdotes: et adhuc amplius prelati ad pdictoꝝ obseruationē. quia. Quanto gradus altior: tanto via debet esse sanctior: et exhibitio opis efficacior ne alijs pdicantes ipi reprobi efficiant. Unde Hieronymꝰ. Quid aliud est bene loqui et pdicare et puerse viuere: q̄ ꝓprio ore se cōdemnare. Origenes. Qui seipm̄ nō docuit alios docere nō potest. Et in decret. di. xl. multi. dicitur. Qui bn̄ predicat et male viuit deum instruit quō eum cōdemnare debet Item Gregorꝰ. vij. moraliū. Zelus animaꝝ est sacrificium deo acceptissimū si tn̄ ordinate fiat vt scꝫ primo homo habeat curam salutis aīe sue et postmoduꝫ alioꝝ. Alioquin nihil ꝓdest homini si vniuersum mundū lucraret anime vero sue detrimentū patiat. vt dicit. Matth. xvi. Presbyteri ꝓo alios debent docere sancta et exemplari conuersatōne qꝛ eoꝝ vita alijs in exemplū imitationis posita est vt patet ex noīs interpretatōne. qꝛ psbyter dicitur quasi prebens iter ꝑplo et ducatum verbo et bono exemplo. Unde Ecci. xvij. dicit. Unicuiqꝫ mandauit deus de ꝓximo suo vt scꝫ ei ꝓsit exemplo et verbo: quod maxime requiritur in sacerdote. Unde Gregorꝰ. Omnes qui sacerdotij noīe censentur angeli vocantur. Altum quippe nomen est sacerdos si vita nomini nō est inferior. Unde Malach. Labia sacerdotis custodiant scientiā: quia

angelus domini exercituum est. Idem. Nunc fratres vos sa cerdotes altitudinē huius prefati nōis etiā si vultis potestis mereri. Nam vnusquisq͂ vestrū inquantū gratie superne inspiratōnis accepit si ꝓximum a prauitate reuocat: si ad bene operandū exhortatur: si eternū regnum vel suppliciū erranti denunciat et verba sancte p̄dicationis impendit ꝑfecto angelus existit. Nullus vestrū dicat p̄dicare nō sufficio: exhortari nō sum idoneus: sed quantū potes exhibe doce vita et bono exemplo ꝛc̄. De his sacerdotibꝫ qui curam habent animarum: dicit doctor solennis Henricus de gandauo in. xiij. q̄ libeto. Ex curati isti sunt in statu damnatōnis qui p̄dicare nesciunt: aut si sciunt nō tamen predicant scd̄m quod requirit indigentia ꝑpl'i tpe oportuno. Et longe post subdit: qꝫ minus idoneus ad curam animaꝝ cum videt qꝫ magis idoneus potest haberi fugere debet si potest vt magis idoneus p̄feratur. Et videtur rationabile. alioquin enī videtur tanq̄ latro spoliare et priuare dei populū omni ꝑfectu quem a magis idoneo posset habere. Sed heu ista et alia plura que ad clericos et sacerdotes requiruntur nō aduertunt: infecti lepra supbie et cupiditatis. Unde dixit dn̄s ad beatam Brigittam. Ego elegi clericum qui voluntatem meam clamaret voce et ostenderet opere. Sed ipse clericus factus est leprosus et mutus. Quia omnis qui querit in clerico videre pulchritudinē morum et virtutum recurrit retro: turbatur visu et abhorret accedere ad eum ꝓpter lepram superbie et cupiditatis sue. Si vero querit eum audire mutus factus est ipse clericus a laude mea et garrulus ad laudem ꝓpriam. Quomodo ergo aperietur via ad celestem suauitatem acquirendam si ille debilis est qui deberet p̄cedere? Et quomodo audietur suauitas illa celestis si ille mutus est qui deberet clamare. Non iam student dei gloriam laudem et honorem querere: et quomodo sibi lucrentur animas: sed quomodo repleant marsupia et hominibus placeant. Quod apostolus predixerat. Erunt inquiens homines seipsos amantes. Glosa. Illi dicuntur seipsos amare qui cōmoda sua et honorem temporalem plus diligunt q̄ honorē dei. Jam enī paucissimi reperiuntur viri ecclesiastici

qui zelum habent animarum. Quantos videmus in spiritualibus defectus: quot sunt loca carentia veritatis predicatoribus: quot homines seducuntur ignaris vel malis confessoribus: quot simplices pessimis sacerdotum exemplis corrumpuntur: Quis denique est locus aut status in quo nõ euidenter appareat zizania viciorum ab inimico homine id est diabolo seminata: hominibus in sopore negligentie dormientibus: Quis non videat quam multiplex sit abominabilis sodoma: quam cõmunis sit vsura et symoniaca heresis: Quanta cõmittantur adulteria fornicationes et stupra: quam leuipendantur mendacia fraudes et periuria rapine seu furta. oppressiones pauperum: pompe vestium: superfluitas ciborum: et admissiones quarumlibet immundissimarum et abominabilium voluptatum: Et quis cõtra hec vigilat: quis saltem clamat: quis consilium impendit et pereuntibus succurrit: Dormiunt ꝓch dolor omnes et dormitant facti sunt sicut canes muti non valentes latrare. Esaie vicesimosexto. Et non solũ predictis malis non obuiant consilijs et exhortationibus atque reprehensionibus sed per se talia committunt. et commessationibus et ebrietatibus cubilibus et impudicitijs sunt intenti et auaritie dediti in scandalum populi christiani et ruinam Quale ergo consilium habebit populus rudis et simplex dum hi qui eum debent erudire et formam sanctitatis prebere sua pessima vita materiam excusatõnis populo ignaro administrant: Cum enim reprehenduntur peccatores de sua inordinata vita: puta de incontinentia: lascivia: auaricia: de choreis: de vsura omnes concorditer se excusant per clericos et sacerdotes dicentes: tamen isti taliter et taliter viuunt et faciunt qui scripturas non ignorant ꝛ spirituales existunt: ideo non est tantum peccatum et non minus est nobis licitũ similia ꝑpetrare. Et sic ꝑeunti ꝑplo auctores mortis existũt clerici ꝑuerse viuentes. Ex eoꝝ enĩ peccatis ſm Hiero. ꝑpli turba ꝓstrata est: quia faciente eorum negligentia ad vitam erudita non est. Proculdubio quod tanta mala in ecclesia fiunt et cõtinue pullulant et augentur principaliter clerici in causa sunt et originaliter episcopi et etiam prelati. Quia hodie nobiles

et potentes diuites et pueri promouentur qui nec sciunt nec volunt. immo erubescũt alios erudire: puersos corrigere: spiritualibus intendere: qz talia nõ didicerunt ad que tñ maxime obligantur. Qui vero sciunt: negligunt et nõ curant. Verecundantur enĩ et dedignantur vel saltem attediantur prelati et scientes pdicare et cõfessiones audire: aut cum sunplicium indigentijs occupari. Unde Berñ. epl'a. liij. Insolentia clericorũ cuius mater est negligentia episcoporũ vbiqz terrarũ turbat et molestat ecclesiam. Et infra. Alienis nimirum laboribus locupletantur clerici: cõmedunt fructũ terre absqz pecunia: et prodit quasi ex adipe iniquitas eorũ. Quos pprie hodie respuit vetus scriptura. Sedit pplus manducare et bibere et surrexerũt ludere. Mens quippe assueta delitijs nec exculta discipline sarculo multas cõtrahit sordes. Porro inueteratam rubiginẽ si tentes abradere nec summis saltem digitis cõtingi patietur. Sed sicut scriptũ est. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit. Hinc Aug⁹. Maius piudicium deus ab hominib⁹ nõ patitur in mũdo qз a scerdotib⁹ carentibus scientia et vita. Idem. Et habetur in decretꝫ. lxxxviij. di. Nemo in ecclesia amplius nocet qз qui puerse agens nomen vel ordinẽ sanctitatis et sacerdotis habet. Delinquentem nanqz hunc redarguere nullus psumit et in exemplum culpa vehementer extendit qñ p reuerentia ordinis peccator honoratur Epũs itaqz qui taliũ criminũ excessus nõ corrigit magis dicendus est canis impudicus qз eps. hec Aug⁹. Item Berñ. sup Cant. loquens de malo qd patitur ecclesia a puersis clericis comparat illud negocio pambulanti in tenebris sermone. xxxiij. dicens. Ve generatõni huic a fermento phariseorũ quod est hypocrisis si tñ hypocrisis dici debet que iam latere pre abundantia nõ valet et pre impudentia nõ querit. Serpit hodie putrida tabes p omẽ corpus ecclesie et quo latius eo desperatius: eoqz piculosius quo interius. Nam si insurgeret apertus hereticus mitteretur foras et aresceret. Si violentus inimicus abscõderet se forsitan ab eo. Nũc vero quẽ eijciet aut a quo abscondet se. Omnes amici ⁊ inimici omes necessarij: omnes aduersarij: omes domestici et nulli pacifici

omnes pximi et que sua sunt querunt: omnes ministri christi sunt et seruiunt antichristo. Honorati incedunt de bonis domini cui honorē nō deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor: histrionicus habitus: regius apparatꝰ. Inde aurum in frenis in sellis in calcaribꝫ: plus calcaria ꝙ altaria fulgent. Inde mense splendide et cibis et ciphis. Inde cōmesationes et ebrietates. Inde cithara et lira ⁊ tibia. Inde redundātia torcularia et ꝓmptuaria plena ex hoc in illud eructantia. Inde dolia pigmentata. Inde referta marsupia pro hmōi volunt esse et sunt ecclesiaꝝ ꝑpositi decani archidiaconi episcopi archiepī nec enī hoc merito cedunt sed negocio illi quod ꝑambulat in tenebris olim ꝑdictum est et nunc tpus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrū: amarior post in conflictu hereticoꝝ: amarissima nunc in moribꝫ domesticoꝝ. Nō fugare nō fugere eos pt ita inualuerūt: ita multiplicati sunt super numerū. Intestina ⁊ insanabilis est plaga ecclesie et ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in ꝗ pace? Et pax est: et nō est pax. pax a paganis: pax ab hereticis: sed nō ꝑfecto a filijs. Vox plangentis in tpe isto: filios enutriui et exaltaui ipi aūt spreuerūt me. Spreuerunt et maculauerūt me a turpi vita: a turpi questu: a turpi cōmercio: a negocio deniqꝫ ꝑambulante in tenebris. hec Bern̄. Quam turpiter iam viuant patet ad oculū ꝑ hoc: qꝛ sacerdotes tam boni fori sunt ꝙ vix est tam vile officiū: vix opus ita abiectū qui(n) inueniatur sacerdos qui illud acceptet: dū vnus est ꝓcurator coquinarij: alius raptoris thelonarius: alius camerarius vel forte predecessor et vernaculus mulierū. Ille discurrit mendicando per tabernas: ille seducendo per villas. Ille peragit negocia principum et militum: continue vagando: et ad alias diuersas vilitates se applicare scandalose nō verentur qui de patrimonio christi crucifixi de fidelium elemosynis ditati sunt In cibis et vestibus potibus delicate viuunt: pompatice cū magna familia tanꝙ milites incedunt. In mundanis vanitatibus freqn̄ter exultant: oīa solacia ludos ac deductōes seculares cum puellis et mulieribꝫ cū conuiuijs et histroinibꝫ

trufatoribus tanq̃ sibi licita et nequaq̃ prohibita exercent. Insuper inculpati esse et nullatenus redargui volunt. immo velut honesti et cõuersatiui ac sociales laudari: quasi ad hoc sint eis data beneficia vt istis magnũ statum et dominiũ tenerent et in solatijs et vanitatibus semp viuant: quod vtiq̃ fundatores beneficiorum non intendebant vt ad talem vsum quin potius abusum ꝓuentus bñficiorum essent expendendi. Et ꝓpter hec et similia multi ab elemosynarum largitõne retrahuntur: et clerus ad despectum ꝓuenit. Sicq̃ viluit sacerdotium et quotidie vilescit vt multis horror sit clericos fieri: vel suos ꝑmittere clericari nisi inquantum hoc diuites ꝓpter pingues p̃bendas faciũt: et pauperes quia meliori modo nequeunt se nutrire. Cum tamen dicat beatus Gregorius. Si quis ea intentione gradus ecclesiasticos vel bñficia querit vt inde habeat vite necessaria hic ꝑuerso ordine vult celestia mercari: lõge enĩ ei melius esset mendicare et arare vnde viueret. Quid ergo de his dicemus qui longe ꝑuersiori intentõne ad predicta conquirenda anhelant vt videlicet diuitias congregent et easdem in voluptatibus et vanitatibus suis expendant: alijsq̃ presint et dominentur et ab omnibus venerentur. Propter quod nullam curam gerunt quibus dolis aut fraudibus prece vel muneribus mendacijs vel detractõnibus violentijs aut iniurijs beneficia conquirant aut rapiant dũmodo possessionem valeant obtinere: nõ verentur ꝓximos suos ledere quos beneficijs spoliant aut illorum sibi locum vsurpant dum illis preesse non ꝓdesse volunt. De quorum manibus requisiturũ se minatur dñs sanguinẽ subditorum. Tales siquidẽ sanguinẽ ꝓximi spiritualiter fundunt: dum nocere ipis per iniuriã et vi opprimere nõ formidant. Sed quod grauius est etiã sanguinẽ christi ꝓ lucro tẽpali videntur effundere cum adeo diligunt munera sequuntur retributõnes vt nolint baptisare pueros: contritos absoluere: procurare infirmos vel vngere: nubentes copulare: vel missas legere aut cantare nisi pacto de certa summa pecunie p̃cedente. Ita vt videãtur implicite dicere quodãmodo illud verbũ blasphemie cũ Juda scariothis. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. De talibus loquitur

beatus Bern̄. sup Cant. ser. x. Quanti inquit hodie de his qui aīas regere susceperūt qđ sine miserabili gemitu dicendū nō est: Christi obprobria sputa: flagella: clauos: lanceā: crucem: morte: Hec omnia in fornace auaricie cōflant: et ꝓfligāt in acquisitōe turpis questus et preciū vniuersitatis suis marsupijs includere festināt. Hoc solo sane a Juda scarioth differentes ꝙ ille horū omne emolimentū certo denarioꝝ numero cōpensauit: Isti vero voraciori ingluuie lucroꝝ infinitas exigunt pecunias his insatiabili desiderio inhiant: ꝓ his ne amittant timent: et cū amittunt dolent: harū in amore quiescunt: aīaꝝ vero nec casus reputat̄: nec salus: qui cum sint de crucifixi p̄rimonio nimiū incrassati impinguati dilatati: nō cōpatiuntur sup ꝯtritōne Joseph. hec Bern̄. Nempe dummodo possint habere lucrū pecuniaꝝ nihil curant ꝑditionē aīaꝝ quinpotius ꝓpter auaritiam suā oīa mala ꝑmittūt. Cernunt diabolū ꝑplm fideliū ꝑ tentatōnes necare et nullo zelo accendunt̄ qꝛ sola exteriora cōmoda requirūt: interiora vero gregis damna et ꝑicula negligenter patiunt̄ et minime se opponunt: Et quod peius est nō solum non resistunt sed ꝑ se suis exemplis prauis ad quaslibet prauitates ꝑplm ꝯtrahunt et inducūt. Cum ꝭm Bern̄. In clericis auaricia regnet: ambitio imperet: dominetur superbia: sedeat iniquitas et luxuria principetur. Quantum autem malum specialiter auaricia sacerd[o]tum faciat in plebe audite cum horrore. Petrus enim Rauenna tractans illud Exod. xxxij. quod dixit Aaron. Aurum dederunt mihi et ꝓieci illud in ignem et egressus est hic vitulus. Sic inquit. Audi ergo sacerdos auare: aurū tibi datum est nō ex tuo illud habes p̄rimonio vel labore sed ex oblatione fidelium. Sed acceptū in ignem mittere est in ipsius concupiscentiā corda hoīm inflāmare. Ignis enī auaricie signat ardorē. Et in hūc ignē ab eis mittit̄ quoꝝ maxime exemplis agitur vt ardenter ardet̄. Que enī est subuersio maxima ꝑploꝝ nōne auaricia sacerdotū? Hec ille. Sic silr de superbia: de incōtinentia ac ceteris vicijs sacerdotū videtur sentiendum. Quibꝫ se seq̄ntibꝫ ⁊ vt ita dicā simplicioribꝫ erroris semitam sternunt quam ipsi aggressi sunt: tumido superbie

pede calcare. Ideo non solum iudicandi sunt quia peccaue-
runt: sed etiã quia ꝓprie ꝑsumptõnis exemplo ad emulationẽ
peccandi et alios inuitarũt. Propter quod iusto dei iudicio
nõ diluuntur eoꝝ mala nec acceptantur bona. Insuꝑ et cor
da eoꝝ indurantur ne forte doleant et resipiscãt et cõuertant
et sanet eos. Raro videmus clericos carnis immundicie de-
ditos: et auaricie peste infectos ad salutis viam ꝑ verã peni-
tentiam redire: qꝛ a nullo volunt corrigi nec cuiuspiã infor-
mationem admittere. Cicius decem laici vel viginti ab erro
re suo reuocantur et ꝯuertuntur q̃ȝ vnus clericus et litteratus
execrabiliter viuens et ꝑuerse. Ideo in reprobũ sensum tra-
duntur et cecitate ꝑcutiuntur iusto dei iudicio. Id est in tene-
bras interiores cadũt ita vt nec ostium inuenire valeant quo
ad deum: a quo peccando diuisi sunt reuertant. Pauendum
valde quod in ꝓpheta de huiusmodi legimus vt ait Bernh.
vbi loquens ad angelos suos deus sic ait. Misereamur im-
pio. Quibꝫ pauentibꝫ atq̃ querentibꝫ. Nõ ergo discet face-
re iusticiã. Nõ inquit. Subdensq̃ causaȝ. In terra ait sctõꝝ
iniqua gessit et nõ videbit gloriã dñi. Timeãt clerici: timeant
ministri ecclesie q̇ in terris sctõꝝ q̃s possident tã iniqua gerũt
in stipendijs q̃ sufficere debeant minime ꝯtenti: suꝑflua qui-
bus egeni sustentãdi forent impie sacrilegeq̃ sibi retineãt ꝛ in
vsus sue suꝑbie atq̃ luxurie victũ pauperũ ꝯsumere nõ vere
antur. Duplici ꝑfecto iniquitate peccantes qꝛ et aliena diripi
unt et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibꝫ abutuntur.
hec Bernhard. Non igitur debent clerici sacerdotes et pre-
lati ea que habent de ecclesijs superflue vel male dilapidare.
Patrimonium enĩ crucifixi est quod ipse christus nobis pre
cio sanguinis sui promeruit. de quo non licet ditare histrio-
nes: meretrices vestire delitijs luxurie superbie et vanitati ser
uire et illud pauperibus quibus debetur sacrilega impietate
surriꝑe. vt ait Berñ in ep̃la ad Fulconẽ. Deniq̃ vt ibidẽ di-
cit. Quicquid preter necessitatis victum aut simplicem vesti
tum de altario retines tuum nõ est: rapina est: sacrilegium est:
Idem in libro de vita clericorum. Res inquit pauperũ non
pauperibꝫ dare par sacrilegij crimen esse dinoscitur. Sane

patrimonia sunt pauperum facultates ecclesiarum: et sacrilega
eis impietate surripitur: quicquid ministri ecclesie vltra victū
accipiunt et vestitū. Huic cōcordat Bonauentura dicēs spe-
cialiter de Canonicis q̄ debeant paucis esse cōtenti et vnum
tantū bñficium cum dei timore recipe et id deuote deseruire:
scientes p̄rimonium esse christi iesu qd̄ p̄ peccatis p̄pli est cle-
ricis assignatū p̄ stipendio seruitutis sicut scriptū est. Pecca-
ta p̄pli mei cōmedent. Unde quicquid habent vltra victū ne-
cessarium et vestitū et ad familie sustentationē est paupibus
erogandū. Ue aūt illis qui plura habent beneficia p̄ vicari-
os distributa: ipi tollunt lanam sed de ouib⁹ nihil curant. Et
ideo verum erit illud qd̄ dicitur. Qui pluralis est in bñficijs
pluralis erit in tormentis. Sed dicunt habeo dispensationē
Unde nunq̄ȝ dispensari p̄t vt sis auarus: vt res ecclesie male
expendas vt accipias et nō deseruias. Et addunt. Nobilis
sum et ad honorē multū indigeo. Bern̄. Accipe de heredita-
te p̄ris tui et sis gloriosus: de elemosynis nō licet. De altario ti
bi viuere cōceditur nō aūt luxuriari: aut supbire aut pompas
exercere. Bonauent. Hodie q̄ȝ pluries quasi stercore hyrun
dinum excecant: vt sub virtutū specie viciorum tenebris inuol-
uantur. verbi causa. Tentat quis diues fieri et cōgregare di-
uitias vt in fine condat vberius testamentū faciatq̄ȝ heredez
christū: vel potius vt memoria sua post mortē non deleatur.
Propter qd̄ ornant ecclesiam picturis et tabulis: vel ordinat
aliquā pecuniam post mortē suam distribuendā canonicis et
clericis nō p̄pter eorum necessitatē sed p̄pter causam p̄dictam vel
quācunq̄ȝ aliā in pauperū detrimentū. Hoc maxime in cle-
ricis cernimus quorum tn̄ bona vt sepe dictū est pauperū sunt
et que eis omni die supfluunt nō in marsupijs aut in arca sed
mendico ori famelici et ventrib⁹ esurientiū deberent liberali-
ter erogare. Sicut fecit venerabilis Guilhelmus parisien̄.
ep̄s: sicut narratur in libro de laude apū. Cui cum nunciare
tur q̄ quidā canonicus parisien̄. intestatus decessisset: et ipse
de iure canonico in tribus milib⁹ marcarum succedere deberet
eidem. Complosis manib⁹ rn̄dit. Absit hoc a me. Sed heu
misero pecunia sua secū sit in p̄ditionē. Et hoc dicēs p̄cepit

pecuniam in vsum pauperum erogare. Bene et digne dixit et fecit. In eodē libro narratur de quodā alio venerabili archiepo Mauricio noīe. Inter cetera laudū pconia q sibipsi valde fuit parcus: paupibus vero largissimus. Uix eni cum patiētia potuit videre q in vna die in tota familia sua libras tres aut quatuor pcuratores expenderent. cum tn̄ eius elemosynarius omī die libras decem z duodecim in paupibꝫ expēdebat. Dicebat aūt iconimis cum annuos redditus sue diocesis ad duodecim milia librarꝫ pportarent. Duo aut tria milia ad strictissimū nr̄e familie victum cōseruetis. In reliquis omnibꝫ nihil habeo: pauperū eni sunt et in paupes dispensate. Illa aūt que mihi manent dispensatoris vtar loco nō dn̄i: ne in die iudicij suggillent me: et qui vnum p mille responderc nō possum quasi seruus inutilis obmutescā dum a me sub iusto iudice christo cōputatio strictissima requirat. Quantum aūt picul sit et mali plura habere bn̄ficia ecclesiastica in pfato libro narratur vbi sic dicitur. Uolo vt quicūqꝫ hoc legerit sciat me anno ab incarnatōne dn̄i. M.cc.xxxviij. fuisse parisius vbi venerabilis Guilhelmus eps qui in theologia iam rexerat. Conuocationē fecerat fratrū pdicatorꝫ in collegio olim magistrorꝫ. pposita ergo qstione de pluralitate bn̄ficiorum: solerti et longa valde disputatōne pbatū est. duo bn̄ficia dūmodo vnū valeret quindecim parisiensiū libras teneri cum salute nō posse. hoc determinauit pdictus epus. hoc et frater Hugo ordinis pdicatorꝫ. Postmodū Romane curie cardinalis. hoc frater Guerricus et fratrer Ganfridus eiusdem ordinis. Frater Jo. de rappella ordinis fratrū minorū. Et alij qꝫplures mgr̄i theologie determinauerūt in scholis p prijs successiue. Fuerat aūt habita qstio longa valde et multo solennior ante ānos tres in qua etiā omēs mgr̄i theologie exceptis duobꝫ determinasse pbantur idem p omīa qd et supra. Quorꝫ vnus fuit mgr̄ Philippus cancellarius parisien̄ et magister Arnoldus epus postmodum Ambianen̄. Quid autem de dicto Philippo contigerit audiamus. Agonisantē in morte dictus Guilhelmus parisien̄ episcopus paterna sollicitudine visitauit rogauitqꝫ eum suppliciter vt opinioni ce-

deret de pluralitate beneficiorum et omnia beneficia sua ex-
cepto vno in manus ecclesie resignaret. Et hac conditione
media vt si conualesceret: ei supplere vellet de suo proprio qd
dimisit. Rennuit ille: Experiri se velle dicens: vtrum esset da
mnabile beneficia plura tenere. Mortuus est ergo sic. Post
paucos autem dies cum dictus parisiensis episcopus dictis
matutinis orare vellet: vidit inter se et lumen quasi vmbram
hominis tetram nimis. Eleuata ergo manu consignat se et si
ex parte dei sit precipit vt loquatur. Cui respondit apparens
Alienus a deo sum sed tamen miserabilis factura eius. Et p̄
sul. Tu quis es? inquit. Cui ille. Ego sum cancellarius ait il
le dudum miserrimus. Rursum episcopus cum gemitu. Et
quomodo inquit tibi est sic dolenti? Male ait. immo q̄z pessi
me: sicut qui damnatus sum eterna morte. Et episcopus. heu
ait charissime que causa tue damnationis? Tres sunt inquit
cause quare morte perpetua sum damnatus. Vna est q̄ re-
crescentes fructus annuos contra pauperes tumide reserua-
ui. Secunda q̄ contra sententiam plurimorum de pluralita
te beneficiorum quasi licite tenendorum opinionem propri-
am defensaui: et in hoc me periculo mortalis culpe commisi.
Tercia est ꝛ illa grauissima oīm q̄ aboīabilis carnis vicio
in scandalum multoꝝ multo tempore laboraui. Et ad epi
scopum mox subiungit. Est ne inquit finitus mundus? Et
episcopus. Miror ait: quondam te litteratissimum hoc que-
rere cum me adhuc viuum cernas: et om̄es nos viuentes ad
huc mori necesse est: antequam mundus instante iudicio fi-
niatur. Et ille. Non mireris inquit. Quia nec scientia nec o-
pus nec ratio apd̄ inferos venienti. Et hoc dicto vmbra ab
oculis mirantis euanuit. Ipse autem episcopus non tamen
sub persona sua quasi hoc vidisset: in predicatione sua cleri-
cis omnibus recitauit. Simili modo. Cum quidam cleri
cus maxime litterature: mihi agonisans in morte mandasset
et consilium quereret quasi in proximo migraturus reduxi ei
ad memoriam disputationem illam solennem et determina-
tionem egregiam de pluralitate beneficiorum Parisius cui

ille interfuerat magnus doctor: cõsuluique cum magna instan
tia lachrymar̄ vt vnam p̄bendar̄ dimitteret qui duas cõtra
aīam suam tenuerat: eo q̄ vna ad omnis vite copiam omni
homini sufficere potuisset. Tunc ille facie ꝯuersa dissimulãs
Hoc tm̄ r̄ndit. Orate dñm vt inspiret: nec diu postea cũ re-
cessissem et tenuissimo spiritu vix habente hoc idem qd̓ con-
sulueram ei: quidam consobrinus suus iuuenculus cũ maxi
mis lachrymis inclamaret cũ voce nõ posset manu innuens
expirauit. Post cuius obitũ cum quidã ex nr̄is stupefactus
nimiũ cogitaret cur tantus homo et tantus clericus si morta
le peccatum esset plura bñficia retinere in tali statu mortuus
extitisset. Mox quasi semiuigilanti defunctus apparens di-
xit. Hec sola p̄bendar̄ causa est ꝑ qua infelix ego eternali-
ter sum damnatus. Sup̄ hac eadem questione cũ beate me-
morie Jacobus de vitriaco tunc quidẽ acconeñ. ep̄us postea
vero Romane curie cardinalis: magistrũ quendã theologie
ꝓbatissimũ Robertum de thorton Romani apicis cardina
lem morientẽ ante primã: durante obsidione interrogaret re-
spondit. Dico iam migraturus a vita q̄ damnabile et morta
le est: dũmodo vnuȝ cõpetens sit plura bñficia retinere. Hoc
idem sancte memorie cantor parisieñ. et dixit et scripsit. Hoc
idem mgr̄ Guihardus Cameraceñ. ep̄us verbo hmõi con-
firmauit. Nollem inquit ꝓ toto auro arabie vna nocte duo
bñficia retinere et certus tm̄ essem q̄ demane vnũ illor̄ homi
ni idoneo cõferretur: et hoc ꝓpter incerte vite discrimen. Su-
per hoc etiã narrante fratre Bernhardo quondã penitentia
rio dñi pape: et fratre ordinis p̄dicator̄: cum beatissime me-
morie papa nonus Gregorius interrogaretur. Si posset de
plenitudine p̄tãtis cum pluriũ bñficior̄ detentoribꝫ dispen
sare: R̄ndit. Nõ possum inquit nisi sup̄ vexatõne tm̄ detinen
tium dispensare. Quis ergo erit sapiẽs q̄ fallat se et sibi sup̄
dispensatõne aliq̄ blandiat̄. Esto q̄ multi mgr̄i dicant hoc et
multi opinentur in contrariũ. hoc solũ mortale ab Augusti-
no doctor̄ oīm maximo iudicatur: cum quis incertitudinis
ꝑiculo aut mortalis peccati discrimini se cõmittit. Ego in q̄-
dam ciuitate ep̄ali ãnis vndecim adoleui: vbi. xliiij. canonici

sub prebendis pinguissimis ducentarum fere librarum pari siensium in matrici ecclesia seruiebant quorum plures erant beneficiorum pluriũ detentores. Mihi testis et iudex sit scta trinitas vnus deus q paucos eorum vidi cõmuni morte defungi sed subito omnes reprobe mori. Ita q quidam eorum audito q vnus sociorum in nocte sanus: mane mortuus inuent⁹ esset: complosis manibus dixit. Et quid vultis scdm vsum et consuetudinez ecclesie mortuus est: vt videtis. Uidi egoipse in eadem ecclesia infra paucos annos quattuor archidiaconos sic defungi. Uide lector mirare miraculũ. Primus eorũ de equo falerato et grandi cecidit et fractis ceruicib⁹ expirauit. Secundus mane in cathedra sedens mortuus est repertus. Tercius in choro stans cum ad missam eleuatio corporis christi fieret cecidit resupinus et tracta loquela cum sensu q̃si brutũ animal die tercia sine sacramentis ecclesiasticis est defunctus. Quartus confessionẽ peccatorum et sacramenta recusans: mortuus est et extra cimiteriũ sepultus est. Hec omnia verbi gra de hac materia tangit etiam sanctus Thomas de aquino. xi. quolibet. Inter cetera volens q si quis etiã dubitaret an liceat habere plures p̄bendas: et manente tali dubitatione plures p̄bendas habet siue detinet: periculo se cõmittit. et sic pculdubio peccat vtpote magis amans beneficium temporale q̃z ppriam salutem. Non solũ aũt plura beneficia nõ licet clerico habere: sed nec vnum cui sufficit patrimoniũ vt dicitur in decretis. xvi. q. i. c. vlt. in fine. Et. i. q. ij. c. clericos. Et est beati Hieronymi ad Damasum papam sic dicentis. Clericos illos cõuenit ecclesie stipendijs sustentari quib⁹ parentum aut ppinquorum nulla bona suffragantur. Qui aũt ex bonis parentum et suis opibus sustentari possunt: si quod pauperum est accipiunt sacrilegiũ pfecto cõmittunt: et p abusionem talium iudiciũ sibi manducant et bibunt. Ubi dicit Hugo. quid sit sufficiens patrimoniũ: hoc in arbitrio boni viri consistit scdm qualitatẽ psone. Et dicit ibidem glosa argumentum. Ex stipendia ecclesie nõ sunt danda his quibus ppria sufficiunt. vt. xij. q. i. illi. vbi dicit glosa. Hic patet q si clerico sufficiũt ppria nõ habebit ecclesiastica. vt. xvi q. i. qm̃

quicquid. Et in pluribus locis hoc habetur. Sed dicit glo-
sa q videtur loqui de illis clericis qui ecclesie nō seruiūt: vel
possunt habere ecclesiastica bona nō vt sibi reseruēt sed vt di
stribuant paupib9. Et dicit etiam glosa circa. c. Clericos. Si
abundantes de bonis ecclesie suscipiūt vel absentes vel pre-
sentes licet non debeat eis denegari portio: q2 nemo cogitur
suis stipendijs militare: mortaliter peccāt p̄sertim si ex cupidi
tate sua reseruāt. Udalricus dicit q clericus qui habet suffi-
ciens patrimonium et deseruit ecclesie pt sustentari de bonis
eius sed si nō deseruiat sed in malos vsus expendit mortali-
ter peccat. Cōcordat Hostieñ. Mihi tñ videtur consiliosuz
put etiā glosa Laurentij tangit et securius quo ad ɔscientiaz
q clerici quib9 sua sufficiūt vel sufficiens patrimoniū habēt
nō accipiant ab ecclesia stipendia nisi forte vt distribuāt pau
peribus nō vt sibi reseruēt. Hinc etiā dicit Prosper in libro
de ɔtemplatiua vita. c. x. Et habetur in decret. i. q. ij. Pastor
ecclesie his quib9 sua sufficiūt nō debet aliud erogare. Quin
quidē nihil aliud sit habentib9 dare q̄ pdere: nec illi qui sua
possidentes dari sibi aliud volūt sine grandi peccato suo vn
de paup victurus erat accipiūt. De clericis quidē dicit spūs
sanctus: peccata ppli mei cōmedūt. sed sicut nihil habentes
pprium nō peccata sed alimenta quib9 indigere videntur ac-
cipiunt. Ita possessores nō alimenta sed aliena peccata susci-
piunt. De clericis vero siue p̄latis qui bona ecclesiaꝝ cōsu
munt in vsus illicitos dicit sic Hostieñ. Clerici qui ɔsangui
neis aut potentib9: diuitib9: meretricib9: histrionib9 et sil'ibus
bona ecclesiastica paupib9 debita tribuunt raptores sunt et
quicquid habēt pauperū est nam paupib9 debent. Unde ta
les clerici tenentur ad restitutionē oīm paupib9 vel in vtilita-
tem ecclesie. xij. q. ij. gloria. et. c. si illi. Et peccāt mortaliter nō
solū q2 paupib9 subtrahunt sed etiā si turpib9 psonis tribuūt
lxxxvi. di. qui venatorib9. et. c. donare. Et qđ dictū est de con
sanguineis intelligit ꝟm Guilhelmū qñ datur eis nō vt pau
peribus sed vltra statū conditōis coꝝ. Sil'e ponitur p san-
ctum Tho. scđa scđe. q. clxxxv. de epis. Et idē iudiciū est de
bonis alioꝝ clericoꝝ. vt ponit idem Tho. in quodā q̄libeto.

Tercia

Gliscit adhuc animus de clericorum statu plura hic conscribere: sed quia huic statui omnis fere sacrorum canonum intentio militat et sufficienter a pluribus sunt conscripta. nō me in exaggregatione eius diutius oportet immorari. Aliquid tamen adhuc mihi occurrit quod cohibere silentio nō valeo: videlicet ꝙ nonnulli clerici atqꝫ religiosi: elemosynas a secularibus indifferenter accipiunt et alijs preferri inhianter desiderant statum prelationis ambiendo vt honoratiores a ceteris habeantur. Non attendentes in his periculi magnitudinem: et quomodo diaboli laqueis innodantur. De primo dicitur in glosa sup Climacum. Attende tibi o tu qui elemosynam accipis vt nullo modo recipias nisi ea que tibi deus mittit ex laboribus et fructibus iustis: et hec cum tremore et timore tanquam de manu domini ad extremam tuā necessitatem. Que autem sunt ex vsuris et iniusticia et pugnis et fraude: et rapina: et tyrannide tibi oblata penitus deuita: ne et tu cum offerentibus damneris. Et memento laboris et afflictionis et regularis iusticie patrum et manibus tuis laborans iuste viuas ꝛc. Item ad illa Petrus Damiani sic dicit. Dona vel oblationes ab iniquo suscipere quid est aliud ꝙ̄ propriam animam ex dantis squalore fedare. Hinc enim scriptum est. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata. et non sunt beneplacite subsannationes iniustorum. Et rursus. Dona malignorum non probat altissimus. Item refert Helymandus de venerabili abbate Stephano Cistercieñ. ordinis. Ꝙ cum quadam die propter penuriam victualium cum vno Conuerso iuisset mendicatum: et ipso iubente Conuersus in vno vico ipse vero in alio mendicassent obuiantibꝫ sibi in loco designato. Vidit abbas sacculum Cōuersi multo pleniorem ꝙ̄ suum ei subridendo ait. Ubi mendicastis: vt video vos in crassiori agro plus collegistis ꝙ̄ ego. Ubi obsecro collegisti: quis tibi plus donauit? Respondit cōuersus. Presbyter ille quem vos optime nostis sacculum meum fere solus impleuit totū. Quod audiens abbas ingemuit et ait. Ve vobis quare ibi aliquid accepistis: Nesciebatis enim ꝙ presbyter ille symoniace ibi ordinatus est: et quicquid accipit

est lepra et rapina. Uiuit dominus q dē omni quod dedit no-
bis nihil omnino gustabimus. Absit enim vt peccatum illi-
us cōmedamus et nobis incorporemus. Conuocatisq pa-
storibus ouium qui non longe erant: totum Conuersi saccu
lum in sinus eorum euacuauit. De hac materia refert etiā ve
nerabilis Beda notabile exemplum et formidabile quod cō
tigit sancto Furseo: cuius vitam prolixis verbis ipse conscri
bit: quod hic causa breuitatis postpono annotare. De se-
cundo videlicet de appetitu prelationis dicit beatus Augu-
stinus. xix. de ciuitate dei. q locus supior sine quo populus
regi non potest: et si administretur vt decet: tamen indecenter
appetitur. Cuius ratio scdm Thomā. ij. quolibet. Quia qui
appetit prelationem aut est superbus aut iniustus. Iniusticia
enim est q aliquis velit sibi plus de honore accipere aut de
potestate aut de alijs hmōi bonis vel vti: nisi maioribus di-
gnus vt dicitur. v. ethicoꝝ. Qr autē aliquis se estimet magis
esse dignum prelatione omnibus illis super quos prelationē
accepit superbie et presumptōnis est. vnde patet. q quicunq
prelationem appetit q est iniustus aut superbus. Et ideo nul
lus suo appetitu debet ad prelationē puenire sed solum dei iu
dicio. Scdm illud apostoli ad Heb. v. Nemo sibi assumit
honorem sed qui vocatur a deo tanq Aaron. Potest tamen
aliquis licite appetere se esse dignum plātione vel opera boni
prelati p quibꝫ debetur honor. De hoc etiā dicit idem Tho-
mas scda scde. q. clxxxv. Contingit eni locum supiorem ap-
petere pter altitudinem gradus ad quam sequitur reueren-
tia honor et sufficientia tpalium: et hoc modo appetere illici-
tum est: et pertinet ad cupiditatem et ambitionē. Sed appete
re pximis prodesse p se laudabile est. Presumptuosum tamē
videtur esse q aliquis preesse appetat ad hoc q subditis psit.
Potest tamen absq presumptōne quilibet appetere talia ope
ra facere si eum contingeret in tali officio esse. hec Thomas.
Item Bonauentura. Hoc tempore regimina piculosissima
sunt pter annexam supbiam: propter subditoꝝ insolentiam
pter regendi imperitiā: propter excrescentem malitiam. Ex
quibus patet q qui prelaturas appetunt magno periculo se

cōmittunt: nihil enī miserius et piculosius statu prelatorum si pfunctorie agatur. Unde Gregori⁹. Sciant hoc plati ꝙ si puerse aliquid ppetrent: tot mortibꝫ digni sunt q̄t exempla pditionis ad subditos transmit ūt. Talis enī debet esse prelatus in morū sanctitate: discretōne et strennuitate ꝙ compatōe ipius ceteri grex dicantur. Et scdm Greḡ. Non debet hoīm ducatum suscipe qui nescit bene hoīes viuendo preire. Qui enim alios supat sublimitate: excedere eos debet honestate. Unde Hugo de sancto vicť. Supiores enī iusticiā debent implere qui necesse habent omnē iusticiā docere. Et sicut alios pcedit ordine ita eos pcedere debet sanctitate: vt eius exēplo discant subditi qualiter viuere debeant. Corripiat inquietos: ꝯsoletur pusillanimes: suscipiat infirmos: patiens sit ad omnes. Idem. Ad hoc enī prelati sunt in ecclesia constituti vt bene ordinata custodiāt: errata corrigant: vitam subditoꝝ mores et exempla ꝯponant. Apl'i formam sectantes qui ait. Argue: increpa: obsecra: immiscens tpibꝫ tpa: terroribꝫ blandimenta ꝛc. Prelatus debet docere ppl'm et pdicare: et oīa bona et facta factis amplius q̄ȝ verbis ostēdere. Et iuxta apl'm ad Thi. circa oīes bonoꝝ opm seipm prebere exemplū. Et vt ait Bonauentura. In plātione sua debet esse pius: iustus: largus: constans: deuotus: semp pro officio sollicitus vt subditos p exemplū ad benefaciendū alliciat: p frequentē doctrinam informet: p disciplinā et iusticiam corrigat et compescat: p beneficia sustentet: per orōnes adiuuet: p constantiā fideliter pugnet: In bñficijs et dignitatibꝫ nō offendat: non amicos vel cognatos eligat sed litteratos et iustos: nō nobiles parentela sed moribꝫ. Nam ecclesia nō constat nobiliū cōsilio sed simpliciū et iustoꝝ merito. Debet etiā res ecclesie expendere in paupibꝫ: nō in histrionibꝫ. ludere cum libris: nō in falconibus. Esse in orōne non in venatōne. visitare hospitalia: nō sedere in alea: et se in omnibꝫ vt christi vicariū gerere vt de eo possit dicere dñs qð de dauid. Inueni virū scdm cor meum: qui facit oīes voluntates meas. Et vt ait Aug⁹. Ipse qui preest nō se existimet potestate dominante sed charitate seruiente felicē. Nam vt ait Hugo. qui ita psunt vt gaudeant de

potestate dominãþ nõ sunt veri pastores sed mercennarij. Qui magis preesse appetunt q̃ pdesse: nõ querunt fructũ aïaꝝ sed tpale lucrum. Non celestem gloriã sed terrenũ honorem. De talibus ait dñs in euangel'. Amen dico vobis receperũt mercedem suã. Et scd̃m Gregoriũ. Totiens platus in apostasie crimen labitur quotiens p̃esse delectatur. Qui vero ita p̃sunt vt gaudeãt de seruitute charitatis ipsi tenent exemplũ veri pastoris: qui nõ venit ministrari sed ministrare et dare aïam suã p multis. Illi vere prelati sunt et scd̃m curã regiminis agunt qui ad hoc tñ laborant vt plures secum ad deum trahãt: q̃s delectat onus nõ honor. Charitas nõ ptãs. seruitus impensa alijs: nõ suscepta ab alijs. Juxta quod Paulus ait. Cum essem liber in omnib9 oĩm me seruum feci vt plures lucrifacerem. Ambrosi9 in pastorali. Sicut nihil esse diximus ep̃o excellentius sic nihil est miserabilius si de sancta vita eps periclitetur: si sacerdos in crimine teneat. et vt leuius est de plano corruere: sic grauius qui de sublimi ceciderit dignitate: qr ruina que de alto fit grauiori casu collidit. Honor quidẽ episcopalis corã hoĩb9 p̃clarus est sed si ruinam sustinuerit dolor magnus est. Nam quantũ pre ceteris gradus ep̃alis altior est: tanto si p negligentiã dilab itur ruina grauior est. Magna sublimitas magnã debet habere cautelã. Honor grandis: grandiori debet sollicitudine circũuallari. Cui plus creditur plus ab eo exigitur: sicut scriptũ est. qr optimis pmixta sunt pessima. Et alibi. Potentes potenter tormenta patiunt. Et scienti et nõ facienti voluntatẽ dñi sui peccatũ est graue. Et seruus sciens voluntatẽ dñi et nõ faciens plagis vapulabit multis ꝛc̃. Et licet oĩm hoĩm opera deus in suo examinet iudicio: plus tñ ab eo exigitur cui plus cõmittitur. Ampliores enĩ penas luet cui numerosior regendoꝝ pploꝝ fuerit cura cõmissa. Anshelmus. Prelatio: alia inuita: alia voluntaria. alia docta: alia indocta. alia humilis: alia supba. alia demens in vita: alia prudens. alia maliuola. Audisti differentias prelationũ nota distinctõnes. pprietates assigna. Prelatio voluntaria sed docta: duos habet equos: quib9 indigens grangias circuit visitatq3 que si magis alijs pdesse q̃ pferri

ambelat equum equitat humilitatis. Sin vero contrario: cu
piditatis. Que scd'm apostolum radix est omnium malorum
caputq; de quo pendet omnis cesaries viciorum. Hanc ha-
bebat cesariem Absolon que et eum grauabat qua et suspen
sus est: nimio scilicet regnādi amore corruptus. Prelatio vo
luntaria sed indocta duos habet equos quibus circumfertur
vnum precipitem et alium effrenem. Si quale periculum re
ctoribus incumbit animarum non intelligit et tamen onus
regiminis suscipit equum insipientie equitat equum precipi
tem. Sin vero rectoris periculum intelligit et tamen locum
regiminis non refugit: equitat equum dementie quasi equū
effrenum. Prelatio inuita si locum regiminis refugit ne pro-
sit aut iners aut maliuola. Citra nanq; perfectū proficit q̄s-
quis alteri cum potest non prodest. Sin autem preesse refu-
git vt sibi vacare vberius liberiusq; deo seruire liceat prudēs
est. Summa enim prudentia est sapientiā scribere inter ociū
actuq; menia vt apprehendas illam. Hec oīa et alia plu
ra requiruntur ad bonum prelatum qui non solum de seipo
sed de omnibus sibi subiectis obligatur reddere rationem.
Ideo non sufficit prelato ꝙ apud se sit bonus: ꝙ suiipsius ge
rat curam: ꝙ carnem suam cum vicijs crucifigat et in seruitu
tem redigat: nisi etiam vigilet circa gregem suum et subditos
sue cure commissos. Ipse enim est sicut vigil in vrbe obsessa.
Dormitio autem vigilum periculosa et alijs et sibi. Si enim
ipsis dormientib9 intrant hostes primo deseuiunt in eos. Ps.
Non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. quia non
dormitat neq; dormit qui impugnat israel. Lupus enim in-
fernalis circuit querens quem deuoret. Ideo pastor circuire
debet vt ab ore predam eripiat. Oportet ergo eum qui preest
vigilare et nunc circa istum: nūc circa illum intendere. Quia
omnis negligentia subditorum requiritur in iudicio de ma-
nibus prelatorum. Quia dum recipiunt curas et dignitates
obligant se pro eis. Quis ergo nisi vere fatuus et insanus
siderat prelationem alijsq; preesse cum seipsum homo
sufficiat custodire ac pro se reddere rationem? Scrip
enim Sapientie sexto. Judicium durissimum in

presunt fiet. Et ibidem. Potentes potenter patientur tormen
ta. Fortioribus fortior instat cruciatio. Hinc cõminatur do-
minus pastoribus per Ezechielem dicens. Ve pastoribus
israel qui pascebant semetipsos lac cõmedebatis et lana ope
riebamini quod crassum erat occidebatis quod infirmũ non
consolidastis. Et Hieremie vicesimoquinto. Ululate pasto
res et clamate et aspergite vos cinere optimates gregis: quia
completi sunt dies vestri vt interficiamini. Unde Crisosto-
mus. Miror si quem cõtigerit saluari de his qui principan-
tur in tantis minis et tanta pigritia. Uides ergo nunc ꝙ̃ du
ra prelatorum est conditio et ꝙ̃ periculosus eorum status. si-
cut de hoc late scripsit beatus Gregorius et alij plures docto
res. Unde etiam beatus Augustinus sic inquit. Quisquis
in regiminis loco sublimatur quanto in superiori est loco tan
to in periculo maiori versatur. Nam vt dicit Hugo de san-
cto victore. Quanto superior gradus tanto periculosior ca-
sus. Et cui plus committitur plus ab eo exigitur. Gran-
de periculum est sibi et alijs viuere temporalia et spiritalia ꝑ
uidere. Sic suam curam agere vt alios non negligat. Sic
et de alijs cogitare vt seipsum obliuiscendo non derelinquat
Sic etiam procurare temporalia vt non refrigescat a spiri-
tualibus: Et sic inardescere ad spiritualia vt sit sollicitus de
temporalibus. Qui quanto plus honoratur exterius: tanto
oportet vt amplius deum timeat: atq3 semetipsum despici-
ens: eos a quibus honor impenditur sibi in cogitatione pre-
ponat. Tanto enim maior est quisquis apud deum quanto
est humilior apud semetipsum. Hec Hugo de sancto victo-
re. Si ergo vt ait sanctus Bonauentura ceteros virtutibus
antecellis: tutius in loco infimo quam in summo temetipsũ
cõseruas. Unde Petrus damiani sic inquit. Uillicus quan
to in commissa largiori possessione beatior: tanto et in redden
da ratione miserior: tantoq3 debet plura cum reddit: quan-
...gloriatur ampliora cum accipit. &c. Non in his diu
...puto morandum quia transmitto charitatem vestram
...simum campum diuinarũ scripturarum: vt quod hic
...bis cernitis ibi solerter perquiratis. In fine vt ad

vos a quo ceperat sermo recurrat: suggero atq₃ humiliter am moneo quatenus p̄sens tempus vobis et viuentib₉ omnib₉ ad penitentie lamenta pro culpaꝝ dilutione cōcessum: tam ꝓuide q̄₃ vtiliter ad vestros cōtinuos ꝓfectus exercere velitis. Sicq₃ compendiū vr̄e mortalitatis excurrere vt elapsis vanis que tp̄aliter transeunt ad bona pueniatis que his perpetuo mansura succedunt. Ecce dilectissimi dum auiditate loquendi vobiscū: plura vobis scribere studui epistolaris breuitatis regulam excessi. Etenim vero dum vestre edificatōni consulere curaui ꝓlixius loquens loquendi regulam minime obseruaui. Deniq₃ labore cōsummato beneficij peto vicē Dare enī gratis non debeo quod tanto labore sudaui. Quid autem mihi mercedis sup hoc debeatis: videat discretio vr̄a. Nil terrenum: nil a vobis postulo tp̄ale. Huius muneris remuneratio: amor vester et oratio. Ad sufficientiā me remuneratis si in vestris orationib₉ curaueritis mei peccatoris freq̄ntem habere memoriā apud deum: maxime in Canone misse vbi patri filius immolatur. Dn̄s noster iesus christus dirigat gressus vestros. Constituat vos in omni opere bono: et constitutū custodiat et cōfirmet: beatumq₃ faciat in terra viuentium: vbi sanctoꝝ anime feliciter requiescunt. Fiat fiat. Scripta manibus meis: sanguine peccatoꝝ repletis: atq₃ cōpleta in octaua Assumptōnis virginis Marie gloriose.

Epistole tres fratris Johannis Carthusien̄. ordinis ad quosdam studentes Pragenses de Hamburg Finiunt feliciter.

Si Deus est mecum quis meus
hostis erit.